





THOMAE STANISLAI
V·E L A S T I

SOCIETATIS JESU

DISSERTATIO

De Litterarum Græcarum Pronuntiatione.



ROMAE, CIↃIↃCCLI.
Sumptibus Venantii Monaldini Bibliopolæ in via Cursus.

TYPIS ANGELI ROTILII, ET PHILIPPI BACCHELLI.
SUPERIORUM FACULTATE.



Reverendissimo Patri

D. D. EPIPHANIO STAVISCHI

Ex-Generali insignis Monasterii S. Mariæ Cryptæ Ferratæ Abbati meritissimo

VENANTIUS MONALDINI S. P. D.



Ulta sunt Præsul amplissime, quæ meum ad Opellam hanc Tibi potissimum inscribendam animum impulerunt. Unum tamen hìc, aut alterum, ne ipsi Tibi molestus sim; neve in mode-

*

stiam

ſtiam tuam offenſionem aliquam concitem: breviter ediſſeram. Egregia illa tua in græcarum diſciplinarum Cultores voluntas, atque in omnibus laudandarum artium ſtudiis ſubactum ingenium mihi in primis obverſabatur. Etenim cum univerſæ Baſilianæ Familiæ ipſe Clavum teneres, mirum, quantum (uti accepimus) effeciſti, quo linguæ græcæ cultus, & elegantia apud tuos vigeret laudabiliùs; inque eadem politiore lingua Religioſi Tyrones ſtudioſiſſimè exercerentur. A quo ſanè propoſito Te etiam num minimè declinare, illa tuis

par-

parta ſumptibus ſelectorum Voluminum magnifica ſupellex, quam in dies augere ſtudes; declarat ſatis. Eam ſiquidem Tuorum potiùs commodis atque utilitati, quam Tibi ſedulò comparaſti. Quid nunc ego mores illos tuos planè, ut Poëtæ loquuntur, aureos commemorem? Ea Tibi eſt Pater Rme gravitate condita comitas, ea morum facilitas, eaque humanitas, quæ Religioſum virum, qui aliis præeſt, maxime decet; quæque univerſos, qui te conveniunt, in tui ipſius admirationem traducere ſolet. Quare audire mihi videor Poe-

tam clarissimum dicentem de Te :

. . . est animus semper tibi mitis,
& altæ
Indicium mores nobilitatis habent.

Quum autem & illud Plutarchi persuasum habeas Οὐχ ἧττον, *ajentis*, βασιλικὸν, καὶ φιλανθρωπικὸν, τὸ μεγάλα διδόναι, τὸ μικρὰ λαμβάνειν. *Verendum non est, ne Opusculum hoc de literarum græcarum pronunciatione, quarum tu præcipuo quodam teneris amore, gratum tibi acceptumque sit Præsul amplissime. Illud igitur ceu quoddam munus accipies, exiguum quidem si ex tua dignitate spectetur, magnum vero si ex animo offerentis : atque feres,*

ut

ut spero, libenter, hocce meæ in Te observantiæ extare apud Posteros monumentum. Valè.

Romæ VI. Kal. Octobr. An. MDCCLI.

IM-

I M P R I M A T U R.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriarch. Conſtantinop. Viceſgerens.

I M P R I M A T U R.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Ord. Prædic.

APPROBATIONES.

Legi librum, cui titulus est; *Dissertatio de Litterarum Græcarum Pronuntiatione*; *Authore Thoma Stanislao Velasti S. J.* Leve sanè argumentum, sed adeò φιλοπόνως, καὶ εἰς κόρον pertractum ab Erudito Authore, ut ultra desiderari queat nihil ad tuendam simul nativam Græce linguæ majestatem, germanamque εὐφραδίαν atque ad semel compescendas recoctas ad nauseam usque nonnullorum πάνυ ἀμύσων, νεοφλυαρίας, adversantium eidem argumento. Quare opus istud non solum approbatione, sed præcipua commendatione multis nominibus egregium, prælo dignum iudico IN CUJUS REI FIDEM MANU PROPRIA presentibus subscripsi.

Romæ xv. Kalen: Septem: 1751.

Joseph Schirò Arehiepiscopus Dyrrhachii; ad exercenda in Urbe Pontificalia, Ordinesque Sacros Ritu Græco conferendos a S. Sede specialiter Deputatus.

Dis-

DIssertationem de Litterarum Græcarum pronunciatione jussu Rm̃i P. Augustini Orsi Sac. Pal. Apostol. Mag. summa animi voluptate perlegi, eamque bonis Ethicæ Christianæ præceptis, aut rectæ Fidei nullatenus adversantem reperi. Quare opus multis licet tricis implexum, solidis tamen quam quibus maximè huiusmodi argumentum tractari possit, rationibus confirmatur ab Authore Viro erudito P. Thoma Stanislao Velasti Chio S. J. Presbytero, qui & Erasmianorum hac in re momenta in oppositum dilucide ac non ineleganti stilo omnia enucleat, atque evertit Dignum itaque, in lucem ut prodeat, & huiusmodi rerum studiosis amatoribus non inutile, ac periucundum futurum censeo.

Romæ xv. Kal. Septembris 1751.

Raphael Vernazza Phil. ac S. T, D. necnon in Bibliotheca Vaticana Linguæ Græcæ Scriptor, ejusdemque in Urbano Collegio de Propaganda Fide Professor.

PRAEFATIO.

A Græcorum pronuntiatione tuenda multa me abſtrahebant. Primum, quod futilis hæc quibuſdam diſceptatio videretur, in qua licet aliquid perſuadeas, nulla tamen per id via ad græcæ eruditionis laudem aperitur: *ſi quis enim*, ut monet Sarpedonius (*a*) *loqui græce vellet, is ad receptum inter Græcos loquendi morem accommodare omnino ſe deberet, ut intelligeretur, & intelligeret: ſin vero eo tantum conſilio in hoc ſtudium quis voluerit incumbere*, ut per ſeſe Scriptorum Græcorum fontes hauriat, contentus is eſſe profecto deberet Græca ſcripta, quaſi picturas quaſdam, aut ſigna oculis, ac mente poſſe percipere.

Deinde genus hoc diſſerendi, cum vix aliquem extra Grammaticorum fines campum aperiat, quo liberius oratio poſſit excurrere, vulgo quidem litteratorum amœnitatis nihil, eruditioribus autem moleſtiæ multum adferet, neque non etiam ſtomachum iis vel maxime, qui, quum doctorum hominum exempla ſecuti ſint, nec parum hac via in Græca lingua profecerint, ægre audient aliam eſſe pronunciandi rationem ab ea, quam ipſi tenuerunt.

Movebat me illud etiam, quod plerique, quum videant id a me oneris ſuſcipi homine Chii nato, ſtudio me partium abripi potius, quam veritatis fortaſſes arbitrabuntur. Quæ quidem ſuſpicio, cum infringit rationum vim, quæ adferuntur, tum legentium animos in contrariam partem ſolet inclinare.

Mirabuntur contra nonnulli, quod Græcos tantopere videor defendere, quum ſciant nobis Chiis religioni, linguæ, ac ritibus Latinorum unice addictis, tam Græcos moleſtos eſſe, ac graves, quam Indigenæ advenis eſſe ſolent: cum Græcis enim, quibuſcum præ-

(*a*) Diſſert. pag. 52.

ter aërem, ac ſolem commune habemus nihil, diſſidia ſemper nobis fuiſſe ignorat nemo; quamquam diſputare in utramque partem aliquis poſſet, an ſatis juſtam habeant cauſam tantæ inimicitiæ; nempe jam tum ſusceptæ, ex quo primum Majores noſtri non multis (*a*) retro ſæculis mala civilium diſcordiarum procella Ligurum finibus egreſſi Chium notiſſimam AEgæi maris Inſulam jure protractæ donationis aggreſſi, bello potiti tenuerunt, pacis olim, & quietis domicilium jucundiſſimum.

Sed hæc fortaſſe leviora ſunt. Angit me potius, quod magnæ mihi invidiæ futurum intelligo, qui non dubitem congredi cum Mecherchio, cum Voſſio, cum Ceratino, & quod arrogantius eſt cum octavo illo Græciæ ſapiente, ſi ita loqui fas eſt, Eraſmo Roteradamo. Præſertim quum hi Græcos, qui nunc ſunt, non ſcientiæ tantum, quæ in Græcia floruit, ſed ipſius etiam linguæ quaſi ignaros traducant. Accentus etiam *Aculeorum, ſpinarumque* (*b*) *ſegetes* & vocant, & demetunt, ac Proſodia abjecta omnem proferendi normam Latinorum more ad quantitatem rejiciunt: placituram ſane inſtitutionem! Hanc vero ſuam opinionem, poſtquam undecunque fulſerint, non ita fixam, ac fundatam eſſe contendunt, ut nullum ei ſit ab *argumentorum noſtrorum pondere* periculum, eamque demum pronuntiationem permittunt, quam ſibi quiſque accomodatiorem putaverit: Ego autem durior certe futurus ſum, qui negem licere cuipiam vel uno accentu neglecto, aut tranſpoſito aliam pronuntiationem ſequi præter eam, quam conſentiens uſque continua, atque una cum ſæculis, ætatibuſque inveterata Græ-

---

a Anno Ch. 1346. novem familiæ Januenſes Duce Vignoſio in Chium jam ab an. 1261. ſibi a Michaele Paleologo promiſſam, necdum traditam translatæ, unde noſtra Chiorum Latinorum Colonia, quæ deinde pluribus in dies Italis familiis, præſertim Janua commigrantibus, ad ſummum reipublicæ, ac dignitatis ſplendorem devenit uſque ad annum 1566. V. Boſſium, Emmium Ubonem, Ubertum Foglieta.

b P. Le Tellier apud Giraudeau l. 1. cap. 21.

Græcorum consuetudo invexit, amplitudo locorum stabilivit, Templorum religio consecravit.

Sed me reficit sententiæ, quam propugnandam adsumo veritas, & Græciæ totius consensus. Addunt deinde stimulos Alumni intra Urbem Collegii Græcorum, qui me criminis arcessunt, quod causa mea Græcorum linguam, ac pronuntiationem in hoc Gregoriano Lyceo docentis, a Mirtisbo Sarpedonio anno superiore mecum ipsi etiam lacessiti, se tamen defendere propter ætatem, & susceptæ vitæ rationem minime possunt.

Verum si cetera deessent, quæ, me ad hanc causam suscipiendam impulerunt, unus mihi pro millibus sit Eminentissimus S. R. E. Card. Quirinius, cujus summa erga litteratos benevolentia, atque auctoritas: Is enim, quum a me quæsiisset, quid Sarpedonio responderem ad ea, quæ contra me Typis nuper ediderat, pauca respondi, quæ ita Princeps humanissimus excepit, ut ea Typis deberi, & adfirmaverit, & plane persuaserit. Quare tanto Auctore antiquum Græcorum loquendi morem defendendum suscipio: opus fortasse non inutile studiosis adolescentibus futurum.

T. S. V. S. J.
Anno CIϽIϽCCL. *Kal. Sept.*

JO-

JOANNES ANTONIUS TIMONI

SOCIETATIS JESU

In Provincia Romana Præpositus Provincialis.

Q*Uum* Dissertationem de Litterarum Græcarum Pronuntiatione *a P. Thoma Stanislao Velasti nostræ Societatis Eruditi Viri recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestate nobis a R. P. Ignatio Vicecomite Vicario Generali ad id tradita, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & Sigillo nostro munitas dedimus. Romæ die* 17. *Januarii* 1751.

Joannes Antonius Timoni.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. M. de Rubeis Patriarch. Constantinop. Vicesgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Vincentius Elena Magister Socius Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri Ord. Prædic.

PAR-

PARS I.

De universa Græcarum Litterarum Pronuntiatione.

CAPUT I.

Quæ sit Græcarum Litterarum Pronuntiatio.



I, K, Λ, M, N, Ξ, O, Π, P, T, Φ omnino extra litem sunt.

B ut *v* βία vis, βίος vita: dic *vios via*.

Γ, mollius quam *g* ab Italis. Excipe.

1. Ante vocalem, aut diphthongum quæ sonet *e* & *i*, valet omnino j Italum. γέρας præmium, γίνομαι fio: dic *jeras jinome*.

2. γγ, & γκ exprimi pressius vix potest, quam per *ngk* ἄγκυρα, Ancora, Ἄγγελος, Angelus dic *Angkelos*, *Angkira*.

3. Ante ξ, & χ fit etiam *n*. λαρυγξ guttur ἄγχω ango: dic *Larynx*, *ancho*.

4. Ante ν sonat ut a Transalpinis in voce *magnus*.

Δ, ut *d*, sed blæsius.

Z ut *s* ab Italis in hac voce *peso*, & Gallis in *brisé*. Τράπεζα mensa μεῖζον majus: dic *mison*, *Trapesa*.

H, ut i ληρῶ deliro: dic *Lirò*.

Θ, a Græcis tantum profertur, ut ab Anglis in vocibus *theis*, *there*.

M & ν cum π conjunctum faciunt *mb* ἄμπελος vitis τὸν πόδα pedem: dic *tom boda*, *Ambelos*.

Σ ut *s* ab Italis & Gallis initio & fine dictionis, vel post consonantem, ut in *sacro*, *penser*.

T, post ν fit *d*. παντελῶς omnino; dic *Pandelòs*.

Υ, ut i φυρμός confusio, firmos.

X, di-

X dicitur ut ch , ſed Græci tamen , & Arabes proferant , opus eſt.

Diphthongi .

AI ut *e* Αἴθιοψ , Αἰγίδα dic Ethiops , Ejida .

Αυ , & ευ non ut *au* , & *eu* , aut *af* , *ef* (*a*) ſed ut *av* , & *ev* αὐγὴ diluculum , Εὐαγγέλιον dic *Evangkelion* , *Avjì* .

Ει , & οι , ut *i* Εἰδέω video Εἴδωλον Idolum οἶκος domus , *Icos* , *Idolon* , *Ideo* .

Ου ut *u* φρȣ́ρια Præſidia , ȣ̓ρανὸς Cœlum . Dic *Uranòs* , *Fruria* .

Geminas conſonantes ὁμοειδεῖς ita proferas, ac ſi eſſent una tantum .

Spiritus , & ὑπογεγραμμένη , orthographiæ ſerviunt .

Accentus autem pronuntiationem moderantur, non quantitas ; ſive ſoluta ſit oratio , ſive ligata .

Hæc eſt Græcorum omnium Pronuntiatio , dum canunt in templis , aut docent in gymnaſiis . Græcos autem hic , appello innumeros ubique terrarum populos , qui ritum Græcum obſervant . Præter illos enim, qui tota Aſia, atque Europa ſub quatuor Patriarchis , & ad tria millia (*b*) Epiſcopis per ſexaginta fere Provincias recenſentur , plurimi ſunt in utraque Sicilia , tota Italia . Adde Patres Baſilianos . Adde Ruthenorum infinitam multitudinem ; illi enim jam licet alia lingua in templis utantur , inter quadraginta autem novos characteres , quibus una cum religione , cærimonias , ac preces Græcorum a S. Cyrillo , & (*c*) Methodio edocti ſunt , viginti tres pæne ut Græci ſcribunt , & omnino ut Græci proferunt . ii vero ſunt : α , Β , Γ , ε, ζ, η, ι , κ, Λ , Μ , Ν, ξ, ο, ȣ, π, Ρ, ϲ, τ, υ, φ, χ , Ψ , ω . Quid de Coptitis dicam, quorum litteræ, ac litterarum pronuntiatio Græca eſt ab Alexandri Magni temporibus? (*c*) .

Hanc

a Ut putat Martisb. pag. 40. *b* Vide Mich. Le Quien . *c* SS. Cyril. & Mehtod. Apoſtoli Moraviæ, Bohemiæ , & Bulgariæ Sæculo IX, Vide Boll. 9. Martii .
c Vid. Kirker. Turris Babel. l. 3. c. 10.

Hanc ſane Græcorum conſenſionem non modo auribus, ſed & diſquiſitione non modica perſpectam habeo. Fui enim Panormi, fui Meſſanę, Corcyræ, Alytiæ, Leucade, Patris, Corynthi, Naupliæ; Peloponneſum non ſemel terra, marique, Cycladas fere omnes peragravi. Fui Erythris, Smirnis, Chii & natus, & viginti duos annos commoratus ſum; nunc tandem Romæ, ubi profecto iſta non dicerem, niſi os præbere vellem vel pueris: ſunt enim, ſunt in hac orbis terrarum ſede ex omnibus mundi angulis cum erudiendi juvenes, tum eruditiſſimi viri, qui de hac conſenſione mentientem exſibilent. Neque vero, ut ait Mirtisbus;(*a*), Siculos excipio, neque excepi unquam; tantum dixi aſperius eos proferre γ, δ, ζ, ϱ. Sed de his quatuor litteris in nullam partem inter nos diſputatur. De illis autem, quæ in contentionem veniunt, ſumma eſt etiam horum Græcorum cum reliquis conſenſio. Quod autem Græci omnes, ita conſentiant, teſtes ſunt Argyropulus, Simon Portius, & ut Græcos prætercam, teſtis eſt Du Freſne, Du Cange, Cruſius, Hieronimus Germanus, Schrreigerus, Weſthenius, Sponius Græcarum rerum callentiſſimi; quorum quidam acri ſtudio, quidam præſentia ſua univerſam Græciam perluſtrarunt, & ſummam inter Græcos in proferenda lingua ſacra in Templis, ac Gymnaſiis concordiam admirati ſunt. Subdubitabat interdum Sarpedonius de hocce prodigio: perductus a me fuit in Collegium Græcorum ad alumnos in Urbe; aderant autem, Corcyræi, Zacinthii, Cephalenii, Chii, Theſſalonicenſes, Lariſſæi, Siculi, Daci quoque Mœſi, ac Sarmatæ: ac ubi *pari prorſus modo*, *voceque* utor ejus verbis *ab aliis Homerum*, *ab aliis Iſocr. tem* (*b*) *prælegi* audivit, *non facile*, inquit, *queam verbis explicare quantam in animo meo impreſſionem fecerit*. Sed quoniam hæc teſtata omnibus ſunt, veniam ad id, quod eſt totius diſputationis caput.

M irtusb. pag. 20. in Margine. *b* Non Iſocratem ut Sarped. pag. IV.

CAPUT II.

Nullum esse corruptionis signum in sacræ linguæ Pronuntiatione.

L*inguam sacram, cujus usus est in sacris celebrandis, antiquam illam auream esse, atque Atticam* extra dubium conlocat Du Cange qui mihi unus satis, quoniam adversariis prora est, & puppis. *In hac enim* subdit ille, *& Missas, & reliqua officia celebrant Græci: lectiones etiam, quæ inter officia habentur, omnes ea lingua conscriptæ sunt* (*a*).

Quid est igitur, quod Sarpedonius *sermonem Græcum in ipsis etiam Templis septimo, & octavo sæculo* (*b*) *exolescentem, ejusque loco pro regionum diversitate vernaculum intrusum* deploret? unde hoc illi in mentem venit? nempe quod Saraceni Orientem invaserint. at quid Saraceni in Missam Chrysostomi, in Missam Basilii, in Epistolas Pauli ausi sunt? quas voces sacras induxerunt? quas, aut ubi corruperunt?

Fateor quidem novas quasdam voces esse in sacro sermone, sed tamen ad res novas significandas inventas fuisse patet: quod certe neque Tullius reprehendit. (*c*) An igitur latinis auctoribus licuit; sanctissimis, ac doctissimis Patribus non licuit, ad res novas novas voces effingere, aut ex Athenarum fontibus parce detortas in pubescentem Ecclesiam derivare, præsertim quum adhuc sermo teneret apud popellum.

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi?

Neque vero nihil sapiebant, aut genuinas voces Græcorum

---

a Triodium composuit Cosmas Majumæ Epis. Magister S. Damasceni. Deinde Marcus Hydruntinus Ep. tum Theodorus, & Joseph Studitæ. Nicephorus Callistus addidit Synaxaria. Illud deinde Philotheus Constantinopol. Patriar. non barbaris vocibus sed erroribus Palamitarum constupravit. *b* Differt. p. 7. *c* De Div. l. 1.

rum a spuriis non poterant internoscere Budæus, Henricus, Scapula, Manutius, Schrewelius, Favorinus; qui tamen Pauli Epistolas, Evangelium Lucæ, Athanasium, Basilium testes aurei Græcorum sermonis producunt æque, ac Thucydidem, Isocratem, Aristidem, ipsum etiam Chrysostomum, Cyrillos, Hesychium, ipsum Damascenum licet octavo, atque adeo ipsum Eustathium (portentum illud Græciæ) licet duodecimo sæculo floruerit. Quod profecto tanti viri non fecissent, si inquinatum sermonem sacrum in Templis Græcorum essent arbitrati. Itaque si his Auctoribus, atque adeo rationi ipsi dissentire nolimus, fateri plane oportet *sermonem sacrum* Græcorum aureum esse, atque intaminatum: quid igitur de hujus pronuntiatione dubitabimus? Consatalia suæ pronuntiationi semper fuisse vocabula omnibus sane persuasum est: neque illuc quis inducetur, ut credat, sacras quidem voces in ore tot Sacerdotum, atque adeo populorum etiam num stetisse integras, earum autem sonum jampridem penitus corruisse. Quod sane prodigium non quodlibet esset, sed immane, sed inauditum: si enim ἦτα valeret ε͂ aut ε͂ε͂, si solvi diphthongos, si accentus ad Corvos mitti oporteret, demum si ea consisterent, quæ Erasmiani comminiscuntur, Græci sane, quum atticissant vocabulis, sono tamen, ac pronuntiatione latrarent. Qua igitur auctoritate, qua ratione compulsi, putabimus corruptam esse pronuntiationem sacri sermonis, quum hujus vocabula non modo integra remanserint, sed viva voce semper adhibita sint?

Deinde si semel a recta pronuntiandi ratione discessum esset, sermonis sacri pronuntiatio pro vario regionum, ac linguarum vernacularum sono, & idiomate, alia, atque alia illa quoque esse deberet. Nonne audimus latinum sermonem aliter ab Italo, aliter a Gallo, ab Hispano, Germano, Belga, Anglo proferri? At Græci *sacri sermonis* casta ipsa vocabula *pari prorsus modo*, *voceque* canit

 Si-

Siculus, (a) Calaber (b) Cirnæus (c) Corcyræus, Macedo, Thessalus, Dacus, Sarmata, Rhodopejus, Ciprius, Alexandrinus, Gadaræus, cum tamen alia atque alia vernacula & pronuntiatione, & lingua utantur. Ecqua unquam, DEUS bone! corruptela tantam peperit consensionem? tam sibi constantem? tam indubitatam?

Demum si *sacræ linguæ* pronuntiatio tantopere corrupta esset, qui fieri potuit, ut *ex tot Græcis Scriptoribus*, verbis ipsius Erasmi interrogo, *usque adeo in ceteris minutiis tradendis propemodum superstitiosis, nemo vel unico verbo fecerit mentionem*? (d) Adeone Lethæo omnes poculo persusos fuisse dicemus, ut, quæ olim fuerit ejusdem sermonis pronuntiatio, ne meminerint quidem? adeo stupidos, ut tantum vulnus sanæ linguæ, & in omnibus Ecclesiis semper integræ inflictum non dolerent? tantum prodigium non admirarentur? Hic Barbarorum incendia Mirtisbus queritur, quæ Græcorum scripta, siqua hac de re fuerint, una cum Bibliothecis consumpserint. (e) *Sed ridiculum est*, ait Tullius, *ad ea quæ habemus nihil dicere, quærere ea, quæ habere non possumus, & quum consensionem omnium, quæ in omni re ipsa veritatis vox esse videtur, repudias, scripta, quæ forsitan fuerint, flagitare*. (f)

CAPUT III.

Nullam esse causam Corruptionis.

MAhometistanorum, inquit Mekerchius, *præcipue Turcarum, ac semijudæorum incursionibus castissima illa lingua a pristino nitore ita degeneravit, ut plane in*

a Anno 1468. Græci ex Albania in Siciliam confugientes quattuor Oppida incolunt.
b Plurimos esse in Regno Neapolitano Græcos. c Anno 1715. Capta Peloponneso plures in Corsicam confugiunt, qui omnes Græce cantant in Templis, ut ceteri in Græcia. d Eras. Dial. pag. 100. e Diss. pag. 23. f Pro Arch.

in aliam sit commutata. Verum hæc de vulgari lingua dici fortasse possunt, non autem de sacra. A sacra enim lingua barbarorum sermo tam distat, quam Cœlum a Terra.

Et hi quidem Barbari AEgyptum dumtaxat, Palestinam, ac Syriam invaserunt: sacer autem sermo toto pœne terrarum orbe idem, & eodem ore ab omnibus Græcorum populis canebatur. Quod si barbaries ne in Oriente quidem vocabula sacri sermonis temeravit, quomodo solam pronuntiationem, pronuntiationem inquam solam ubique penitus tabefecit? Ut enim tres reliquos Patriarchatus omittam, quis furor invasit omnem Illiriam, Macedoniam, Thessaliam, utramque Epirum, Helladen, Daciam, Dardaniam, Serviam, Hellespontum, geminam Phrygiam, Lydiam, Cariam, Cycladas, Lyciam, utramque Pamphiliam, Pisidiam, Lycaoniam, universam Thraciam, AEnimontum, Rhodopen, Scythiam, Mæsiam, Wallachiam, Moldaviam, Zichæam, Alaniam, duas Armenias, tres Cappadocias, utramque Galatiam, Polemoniacam, Hellenopontum, Paphlagoniam, geminam Honoriaden, Bythiniam? Itane tot Sacerdotes, in tot Ecclesiis, sub Episcopis, ad tria millia numero sub Constantinopolitano Patriarchatu, fascinatos fuisse Mahometistanorum afflatu dicemus? fascinatos etiam tot Patres Basilianos per L. Monasteria in Calabria, (*a*) totidem fere tota Sicilia, atque Italia, [*b*] ut, quum Germani, Chrysostomi, Basilii vocabula mordicus tenerent, Barbarorum, qui Orientem invaserint, pronuntiationem expansis ulnis amplecterentur? atque hoc omnes? tanto consensu, ut nullibi veteris pronuntiationis vestigia remanerent?

Scio Græcorum Imperii non modo extremam oram, sed ipsam sæpe Constantinopolim Persarum, Bulgarorum, Saracenorumque armis petitam. Proptereane profligata etiam est sacra in Templis pronuntiatio? Illud scilicet restat ut sua-

---

a Montf. Palæogr. *b* In Cryptoferratensi monasterio ut in reliqua Græcia canitur a Patribus Basilianis.

ſuadeant Eraſmiani : Quoties hoſtilium armorum ſtrepitu turbata Græcia eſt, extemplo vulgus omne cum ſapientibus tumultu excitum in hoc conjuraſſe, ut obſidentium Barbarorum pronuntiationem ſermoni aptarent ſuo, & portentoſam illam ex ſuis vocibus, & inimicorum ſono conflatam chimæram, veluti Trojanum equum non modo intra mænia, ſed ad ipſa Templorum adyta facto agmine, & plauſibus comitarentur. Ecqua umquam in Græcia, ex quo Græcos eſſe ſcimus, tempeſtas hac poſtrema luctuoſior incubuit? Nihil enim dico, quod Templa plerumque adflixerit, quod celeberrimis in urbibus vix cæmenta, & lapides non omnino perdiderit. Quod miſerius eſt, ſcylla hæc immitis tam orride fremit hodie, ut gens omnium, ſane ex quo homines ſunt, facile magiſtra; nunc tabulas naufragii ſui complexa omnem a ſe avulſam, ac penitus demerſam eſſe cum Religione, artem, diſciplinam, ſcientam ſtupefacta neque doleat, neque vero ſentiat. Dicam amplius: Adeo victrix exultat inſcitia, ut eam non ſolum ut Dominam, ſed tamquam filiolam ſuam exoſculentur. O DEUS bone rem calamitoſam! Porro hoc tanto bello, tam diuturno fieri non potuit, ut veterrimæ quidem linguæ, Pronuntiationis vero longe profecto ante hoc tempus, Palladium e ſacris Græcorum arcibus nedum ereptum ſit, ſed ne ſacrilega quidem manu temeratum: quænam igitur alia umquam barbaries in Græcia tantum deſæviit, ut quum ſacris vocibus omnino parceret, pronuntiationem omnibus prorſus veſtigiis exterminaret?

At non Barbaros, ſed *viciſſitudinem, ac rerum omnium edax tempus* Waltonus, Joannes autem Clericus *ipſum populi uſum* in crimine corrupti ſermonis adducit. Verum *populi uſus, Tempus, & rerum omnium viciſſitudo* vulgaris linguæ, & voces, & ſonum fœdiſſime quidem corrupit. ſacri autem ſermonis, quum voces ne adflavit quidem, quamobrem ſonum dicemus tam prodigialiter infeciſſe? Et diuturna quidem linguarum mutatio torrentes imitari

qui pro locorum natura modo recta præcipitant, modo oblique ferpunt: hic tacite fluunt; illic faxis obftantibus ingenti fragore præterlabuntur; facræ Græcorum linguæ cum vocabula fincera funt, tum pronuntiatio eadem femper tam vaftis Græcorum regionibus eodem quafi curfu, eodem alveo, eodem colore profluit: Non igitur ex recenti barbarorum fæce corrupto viciffitudinis imbre, fed ex ipfius vetuftatis fontibus ad noftra tempora dimanare, omni teftimonio luculentius eft. Quod autem hæc pronuntiatio facræ linguæ eadem femper fuerit vel inde patet, quod Græci omnes non modo numquam dubitaverint, fed modo hujus, modo alterius litteræ, modo accentuum ufum indicantes, eandem femper fuiffe conftantiffime demonftrant. De fingulis autem agemus deinde, nunc fufficit verbis Cœlii rem hanc firmare. *Hæc* ait ille, *Græcorum pronuntiatio* non de vulgari, fed de facra loquitur, *ex quo florebat fermo, ita firmu erat, ut de illa perpetuus femper fuerit tum eruditorum, tum populi confenfus*. Cum itaque nullum fit fignum nulla caufa; videamus, num aliquod tempus oftendi poffit, in quo corrnpta fit Græcæ linguæ pronuntiatio.

CAPUT IIII.

Nullo tempore Græci fermonis pronuntiationem corruptam effe.

NOn folum pronuntiationem, fed linguam ipfam Græcorum corruptam effe longe ante VIRGINIS Partum auctor eft Ceratinus. Mirtisbus ævo ipfo Platonis (*a*) malum cæpiffe ait, atque inde probat, quod *varias ex finitimis gentibus adfcitas voces* adferat Plato, *eafque ita fæpe detortas, atque inflexas, ut earum inveftigari* ἔτυμον *vel origo*

a Diff. pag. 11.

origo non possit . Proh amorem vetustatis ! Quidni ante mare etiam , ac terras quæramus , quid Græcæ litteræ sonarent ? Enimvero negat Tullius (*a*) habuisse ornatum aliquem litteram ullam ante Thucydidem , ac Periclem . Quis autem nescit Pericle , ac Thucydide senibus , Platonem prodiisse ? Statimne ab ortu extinctum fuisse dicemus sermonem illum , quem longe aliis diuturniorem fuisse omnibus testatum est ? sed quid Plato dicat , audiamus tandem . Negat ille hujus vocis πῦρ in Græcia ἔτυμον reperiri : vocem inquit esse extra Græciam, non domi natam . Idcircone corruptum sermonem Græcum putabimus ? Ecquis igitur esset sermo integer ? Quis enim sermo omnes suas voces domi natas ostendet ?

Sed *a diviso*, alibi ait Sarpedonius , *post Alexandri mortem Imperio cæpit primum pronuntiatio sese corrumpere* , atque ex Du Cange , & magno Seneca probat , at hi Auctores nec linguam Græcorum , nec pronuntiationem dicunt defecisse , sed in AEgypto , & Syria , & Perside *præ patrio barbarorum sermone prævaluisse* , sed *subactis nationibus, eoque utentibus nomen dedisse* . Quandiu post divisum Alexandri Imperium floruit Tullius ? Ille tamen tempestate sua sermonem Græcorum non solum omnibus nationibus auditum fuisse adfirmat , (*b*) *sed suis adhuc ossibus* , *succo* , *sanguine* , *anima* , *constitisse* . Scio ab ipso *vetustatem* accusari , *quæ locutionem fecerit deteriorem* . at *non solum* , ait *in Græcia* , *sed etiam Romæ* : *Confluxerunt enim & Athenas* , *& in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diversis locis* . num corruptum etiam dicemus Latinum sermonem Ciceronis , ac Cæsaris temporibus ? Quando igitur fuit sincerus ? tempore , inquis , Lælii , & Scipionis . at tum etiam Cæcilium , & Pacuvium male locutos esse adfirmat Tullius . Nihil igitur ad rem adferes : si *sputatilica* (*c*) *quædam crimina*, *si multorum in Græciam* *ex*

a De Cler. Or. c.7. *b* Cic. Pro Archia , & de Clar. Orat. & in Orat.
c Antiqua vocabula , quæ Cicero ridet, de Clar. Or.

ex diversis locis confluentium solæcismos, si suos quovis sæculo *Cæcilios*, ac *Pacuvios* in Græcia ostendas.

Quid pluribus? Ipse Mirtisbus qui tamen jam tum a Platonis ævo defecisse linguam dixerat, *compertum* esse, ait, *Græcorum studia floruisse non modo ab aureo Platonis, Demonsthenisque sæculo, verum etiam suum splendorem retinuisse ad tempora Concilii Nicæni: Magistros porro celebres habuisse quatuor in urbibus nempe Athenis, Constantinopoli, Cæsareæ, & Alexandriæ*. Statim autem a Concilio Nicæno declinasse, grassantibus Saracenis. At Saraceni adulto septimo sæculo invaluerunt; Nicæna Synodus anno trecentesimo vicesimo quinto celebrata est. Deinde Saraceni Syriam solum, (*a*) AEgyptum, Mesopotamiam, Chaldæam, ac Palestinam occupaverunt: sacra Græcorum lingua, cujus *Pronuntiationem* hic defendimus omnibus in Templis, atque adeo toto pœne terrarum orbe canebatur. Quonam igitur modo fieri potuit, ut Saraceni statim a Nicæna Synodo, antequam scilicet erupissent, per omnes Græcorum Ecclesias, quo numquam pervenerunt, everterent sacri sermonis pronuntiationem, cujus tamen vocabula integra reliquissent? Quamobrem Saracenis inruentibus dicuntur omnes Græcorum populi in sordibus ignorantiæ statim consedisse, *& totam Græcæ linguæ scientiam apud solos Melchitas fuisse conservatam*? (*b*)

Qui Testis adducitur Fleurius, (*c*) mihi potissimum favet: ille enim Melchitas, quasi Arabum lingua *Imperatorios* diceres, omnes eos Græcos vocat, qui Marciani Imperatoris edicto morem gerentes, sacrum Calcedonense Concilium exciperent; quum vero Nestoriani, atque Eutychiani cum fide, ac religione Imperium quoque Græcorum

ac

a Antiochia Syriæ caput anno 610. Persis, anno vero 638. Saracenis cedit. Alexandria AEgypti caput postquam Romæ paruit annos 666., & Græcarum literarum splendorem semper retinuit, ab Amro Omaris Caliphæ Duce subacta est an. 640. mox sub Moavia anno 648. reliquæ partes Orientis Barbarorum jugum passæ.

c Mirtis. pag. 23. *b* Tom. 13. Discour. sur l'Hist. Eccl. depuis l'an. 600 a l'an. 1100. vid. pag. 8.

ac ſacram linguam impudentiſſime detrectaſſent, Melchitas ideſt & plures, & doctiores certe eum ritum, ſermonem, ſonum in templis conſervaſſe, quem & ipſi antea, & tum quoque & Baſiliani tota Italia, & reliqui Græci per L. Provincias, per CIƆIƆCCCCXXXIII. Epiſcopatus Conſtantinopolitano Præſuli ſubjectos, & a Saracenorum tumultu immunes, ſemper tenuerunt. Aliud ex Fleuri adtrahes nihil; non ſi manibus, pedibuſque, & nervis omnibus coneris.

Non igitur proſtratam deflet,& *apud Melchitas ſolum* redactam Græcorum ſcientiam Fleuri; ſed a Melchitis etiam in Oriente ſacræ linguæ pronuntiationem in templis diligentiſſime ait cuſtoditam. Si verum tamen eſt quod indulgentior nobis remittit :(*a*) Mirtisbus *hodiernum pronuntiandi modum a Melchitarum ſcholis ad nos defluxiſſe*, jam confeci negotium. Melchitæ enim conſervaſſe dicuntur pronuntiationem Græcorum & ſacrum ſermonem, qui nempe in Eccleſiam ab ipſo noſtræ Religionis exordio inductus erat aureo ſæculo, quod per Mirtisbum octingentos annos complectitur, nempe a Platone ad Synodum Nicenam ergo quem defendimus, vetus ille eſt. Quid horum infirmari poteſt?

Eſt etiam (*b*) qui putat linguæ Græcæ fatum a Magno Gregorio deplorari, cum ad Eulogium Alexandrinum Patriarcham ſcriberet. at ille *Interpretum*, ait, *difficultatem patimur: dum enim non ſunt, qui ſenſum de ſenſu exprimant, ſed transferre ſemper proprietatem verborum volunt, omnem dictorum ſenſum confundunt*. Quæ cum Gregorius ex urbe Roma ſcriberet, in urbe Roma tum ignorantiam cepiſſe cervices erigere, perſpicuum eſt. Nec mirum: tam pertinaciter ea tempeſtate ſiluit his in regionibus ſapientia, ut nulla aut auctoritate, aut mercede Agatho Pontifex ſummus quemquam adducere potuerit, ut publice vellet litteras conmmoſtrare. Cogitur anno CIƆCLXXX. ſextum genera-

a Diſſer. pag. 23. *b* Maſſant. ſæcul. 6. Edit. pr.

nerale Concilium: rogavit Pogonatus Imperator Agathonem, ut aliquem legaret: Negat Agatho se reperire posse, qui aliqua esset aut eruditione, aut linguarum peritia commendatus, ut sine risu appareret coram sapientum Græcorum consessu, qui Constantinopoli tertio convenerant. Quamobrem igitur eo tempore etiam apud Græcos labefactam putabimus in *sano sacro sermone pronuntiationem*, eversam omnem scientiam, imis ceris erasa Græcorum ingenia? Quid enim de Academiis dicam, quæ illis temporibus floruerunt? Quid de alacritate studiorum Græcorum, quam imperatores doctissimi Justinianus, Curopalates, Tiberius, Mauritius, ipse Heraclius, Magnus deinde Pogonatus, mox Arthemius excitarunt? Quid ævi illius eruditissimos viros in Græcia recenseam? evolve Platonis commentaria a Damascio Stoico; Socratis, Sozomeni, Theodoreti ab Epiphanio Scholastico, Gregorii Nysseni a Dionysio exiguo, Chrysostomi a Mutiano, Origenis a Bellatore Presbytero, Aristotelis a Simplicio Phrygio. lege catenam Juliani Halicarnassei Antistitis. fac tibi veniat in mentem historicorum Theodori Constantinopolitani, Procopii, Nonnosi, Theophanis Byzantini, Evagrii. consule Fabricium, Gullelmum Cave, Lambecium, Bellarminum quorum libri differti sunt vel solis nominibus Græcorum sapientissimorum, qui non solum septimo sæculo, sed omni tempore eloquentia, atque eruditione excelluerunt. Luculentissimum habes hac in re testimonium D. Montfauconii. (a) *Græcorum*, hic ait, *studia toto tempore; quod intercurrit inter obitum Alexandri, & Romanum Imperium in omnibus Græciæ populis floruerunt, nec quidquam de earum splendore decerptum est Alexandriæ, & circumpositis regionibus ante Barbarorum incursionem, deinde una cum Imperii sede Constantinopolim translata usque ad Urbis excidium*, quod anno CIↃCCCCLIII *accidit MAXIME viguernt*. Quid est

 autem

a Palæog. l. 1. c. 9. p. 109. b Mirt. p. 12.

autem maxime viguiſſe ſtudia Græca? Scimus profectò potiſſimum Græcorum ſtudium poſitum fuiſſe in ſua illa veteri lingua intelligenda, ac proferenda, cujus tam acres amatores extiterunt, ut ceteras omnes vix audire paterentur. Itaque ſi Græca ſtudia a Platone ad Nicænum Concilium, & a Nicæno Concilio ad hæc extrema tempora *maxime viguerunt*, ſermo Græcus ſaltem in ſcholis, & apud eruditos *maxime viguiſſe* dicendus omnino eſt.

Non igitur *illimem per barbarorum ora fluxiſſe linguam Græcam* dicimus propterea quia *extent adhuc Platonis, Demoſteniſque opera*. (*a*) Omnino deſipuit, quicunque id Mirtisbo dixerit. Sermonis Græci ſani, & incorrupti integram dicimus permanſiſſe pronuntiationem; propterea quia is non ſolum in ſcholis, & apud eruditos, ſed quod maxime facit, in templis ſemper, ubique ab omnibus uno ore, & pari porſus voce auditus eſt.. Fruſtra igitur nobis Juliani Apoſtatæ *candorem* ille predicat, (*b*) quod ſe ille *barbariem contraxiſſe* fateatur. Quamvis tamen Julianus non ſe barbare loqui, ſed admiratione ſe dignum ait, quod græce inter barbaros loqueretur, τὰ δ' ἐμὰ, inquit, (*c*) εἰ καὶ φθεγγοίμην ἑλληνιστὶ θαυμάζειν ἄξιον. Fruſtra nobis objicit [*d*] τὸ καλὴ ἄσπρα, καὶ τὴν κακὴ ψυχρὴ τῆς μέρα, & id genus vulgares hodiernas phraſes, quaſi ex ore plebeculæ Græcorum Platonis animam etiamnum loqui contenderemus. Vulgaris lingua olim corruptiſſima eſſe certius apud Græcos narratur, quam quæ apud Sagram. Illam multis retro ætatibus in LXX. Dialectos fœdiſſime luxuriantem deflebat Cabaſillas. [*e*] Quid Helladium, & Bellonium vexas Sarpedonie, [*f*] qui id teſtentur; cujus rumor jam raucus eſt? Quin aliquos Græcorum Scriptores a ſeptimo ſæculo, cum indulgentiores eſſe vellent vulgo, inquinate locutos eſſe dicimus, non tamen omnes, ut quidam

a Mirt. p. 12. *b* Mirt. p. 11. & 6. *c* Epiſt. 55. *d* Mirt. p. 12.
e Apud Gron. Tom. V, Antiq. Græc. p. 1755. *f* Pag. 13.

dam nimis confidenter adripit: fessitavisse enim aliquam etiam scribendi concinnitatem in labiis Sancti Sophronii, Joannis Damasceni, ejus Præceptoris Cosmæ Majummæ Episcopi, Andrææ Cretensis, Germani, Nicephori Antistitum Constantinopolitanorum & multo magis Eustathii Thessalonicensis Metropolitæ negare, est velle ostendere, meridie non lucere. At hæc tantopere non contendimus. Id unum dicimus, quod testatum omnibus est, fuisse nimirum in Græcia omnibus Academiis, non tamquam gladium in vagina reconditum, sed continuo usu trita, aurea Platonis, Xenophontis, Thucydidis scripta, fuisse semper omnibus in Templis viva voce prolata, & audita *Divina officia, quæ aurea lingua veteri*, teste Du Cange ipso *conscripta sunt*: Atque hanc pronuntiationem Græcam esse auream Atticam, ex nullius Græci Scriptoris dubio, & omnium populorum summa consensione, ut testatur Cœlius, comprobamus. Jamvero de hac Pronuntiatione sacri aurei sermonis concordi omnium Græcorum apud Erasmum, atque Erasmianos summum est silentium, in vulgarem vero & linguam, & pronuntiationem sine fine debacchantur. *Quam nunc*, ait Erasmus [a] *habent Eruditi* linguam scilicet ac pronuntiationem, *non aliunde petunt*, quam a *vulgo*: *scis quali magistro*. Consonat Magistro Vossius [b] *statuimus*, inquit, *sæculo nostro immutatam esse vulgarem Græcæ linguæ pronuntiationem*. Eadem Mekerchius, eadem Giraudeau, eadem Sarpedonius. Quid, quod in contentionem venit id intactum relinquunt, quod nemini dubium fuit, de eo digladiantur tantopere?

At Checus quasi acu rem tetigerit, Græcam linguam usque ad Constantinopolitanæ Urbis excidium floruisse non negat; hujus autem linguæ, quæ in libris remansit, pronuntiationem post Turcas dominos defædatam esse testatur; Atque hoc crimine doctissimos illos, calamitososque viros

---

a Dialog. de Pron. pag. 66. b In Præf. ad Dial. Erasmi.

viros damnat, qui e vasto Græciæ naufragio varias Europæ partes petierunt. *Inscitia*, inquit, *& quæstus desiderium Græculis persuasit, ut linguam obscuriorem & difficiliorem redderent, utque ipsi apud exteros ejus linguæ imperitos doctiores haberentur, plerisque litteris, diphthongis, & syllabis sonos novos affixerunt*. At primo vestram Erasmianorum gloriam cur invidetis? Qui enim pluris apud imperitos fieri confidit, si fractas ampullas, quam si integras vendat, alius præter vos inventus est nemo. Deinde qui lucrari, atque aliquid haberi percupiunt cur nova potius, atque obscura, quam certa, & plana loqui velint, non video: quasi vero possent novitati plaudere, qui vetustatem prorsus ignorent. At qui fuerint isti Græculi? Qua in Aulide simul omnes convenire potuerint, ut, invicem cohortati, in Græcorum pronuntiationem conjurarent? Qui horum Auditores, ut lampyridas pro gemmis tanto consensu mercarentur? Primus, quod ego sciam, Georgius Charitonimus, fugiens Lacedemone, Parisiis consedit ibique ætatis suæ anno LXXIII. obiit anno CIↃIↃXXX. A Charitonimo Græcas litteras, Græcorumque pronuntiationem edoctus est Budæus, Magistro illustrior Discipulus. Budæum græce dicentem Lascaris, & Longolius Græci, & doctissimi erecto supercilio audiverunt. Illa eadem tempestate Joannes Argyropulus Romæ greci sermonis Magister cum Joannem Capnio Germanum hominem, nescio quid ex Thucydide recitantem audisset: *Miror*, inquit, *Pronuntiationem Atticam trans Alpes advolasse*. Eodem tempore, sed diversas Italiæ partes Demetrius Chalcocondylas, & Emanuel Moschopulus hujus, quam docemus, pronuntiationis suavitate exhilararunt. Hanc Romæ commonstrarunt Georgius Trapezuntius vir Cretensis, qui anno CIↃCCCCLXXXVI, & Joannes Lascaris, qui triennio post fato concessit, & ante utrumque anno CIↃCCCCLXXVIII. Theodorus Gaza Thessalonicensis, Messanæ Constantinus Lascaris, & longe ante hos omnes Romæ, Venetiis,

Flo-

Florentiæ , Papiæ Emanuel Chryſoloras , qui e vivis abiit anno CIↃCCCCXV . Iſti ſunt Græculi Cheche ?

Num vero horum celeberrimos Auditores deceptos , aut Deceptores etiam dices Poggium dico, & Nicolaum Perottum Sentinenſem ? Rodulphum Agricolam , Nicolaum Laonicenum , Hermolaum Barbarum Patriarcham Aquileenſem , Marſilium Ficinum , Favorinum Leonis X Magiſtrum , Picum Mirandulanum , & ut reliquos prætercam , τὸν αἰδημονέστατον τῆς ἑλληνικῆς παιδίας teſte Sguropulo , Ambroſium Camaldulenſem ?

Quid memorem doctiſſimos Græcorum ejuſdem ætatis Joſephum , Gennadium , Meliſſæum Conſtantinopolitanos Præſules ? Quid de Iſidoro Patriarcha Ruſſiæ , quid de Beſſarione dicam, Purpuratorum ſui ævi principe, litteratiſſimis ? quid de Duca Bizantino , de Matthæo Camariota , Joanne Argyropulo , Joſepho Briennio , Macario Macra , Iſaia Cyprio , Joanne Anagnoſte , Joanne Eugenico , ejus germano Marco Epheſi Præſule, Macario Ancyrano Metropolita , Silveſtro Syropulo , Pluſiadeno Antiſtite Methoneſi , Demetrio Palæologo , Laonico Chalcondyla , Manuelle Rhetore Georgio, Protoſyncello, Georgio Gemiſto, quo οὐ σοφώτερον ἡ ἑλλὰς ἔφυσε ſi Sguropulo fides , ſi Magno Beſſarioni οὐ μεῖζον τῇ ἑλλάδι κλέος τίς ποτε γέγονε, οὐδ' ἐνδοξώτερος εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔσεται κόσμος ? Cujus ex lingua Pallas ipſa Athenis florentibus locutura fuiſſe tanto viro putata eſt ? Aude nunc dicere omnes iſtos communi voluntate cohortatos , Græculis illis ſubſcripſiſſe , ut *ſyllabis* , *litteris* , *ac diphthongis* , novus ſonus adfigeretur .

Quare, ut, quæ dederam ſupra repetam, ſi nulla corruptionis apud Græcos umquam ſuſpicio exorta eſt; immo ſi eos omni tempore laudaverint tamquam Attice loquentes , qui hanc pronuntiationem , etiam in familiaribus colloquiis , adhiberent ; Gemiſtum enim Beſſarion Cardinalis , Zonaras Annam Comnenam imperatricem eloquentiſſimam , Anna ipſa Michaelem Pſellium juniorem , P. Michaelem Nev-

ridam Chium S. J. Leonis Alatii Avum omnes, qui de eo scribunt, atque alii alios ex græcie loquendi venustate commendant: si nulla inquam suspicio hujus corruptionis, nullum tempus, nulla causa, signum nullum ostendi possit, quare dubitamus, quare adfirmamus Pronuntiationem aurei sermonis, qui semper in Templis viva voce, & nullo temporis intervallo auditus est, esse corruptam?

Sed *neque instituti mei est*, ait Mirtisbus, [a] *nec quantum ego quidem opinor in ullius hominis, ut ut eruditissimi potestate positum, ostendere corruptionis causam, occasionem, Epocham, sed tamen corruptam esse ad oculum demostravimus*. ait linguam demonstrasse corruptam: sed rogo: quam? qua populus utitur? non erat id demonstrandum, & sonum hujus, & vocabula defecisse negat nemo. sacramne? sed quid in sacra lingua obsolevit? vocabula? aurea illa esse & doctissimi viri, & adversarii fatentur. pronunciatio? hoc caput est quæstionis. at quod telum huc hactenus incidit? Noli inquit tam captiosus esse corrupta etiam sacra Pronuntiatio est. signum non video, causam ignoro, tempus, aut locum statuere non possum, sed corrupta est. at audisti quomodo olim Basilius Cæsareæ, Athanasius Alexandriæ, mox Constantinopoli Chrysostomus, nunc vero toto terrarum orbe Græci omnes easdem sacras voces uno, parique modo canant? Aliter hi, inquit, aliter illi. Etquid aliud est rationum omnium repagula perfringere? Quod si semel extra dialecticorum lineas vagantibus liceat suspicari, aut negare, cum nulla negandi, suspicandique adferatur ratio; negabo enimvero solem hunc, cujus hodie luce fruimur, eum esse, quem DEUS initio condiderit, quem tenebris toties legimus obvolutum. Ille est. minime. alius e gurgustio, nescio quo, repens emersit. Cedo novitatis signum, causam, tempus. indicare non debeo, neque vero possum

a Pag. 20. *b* Pag. 20.

ſum, ſed alius eſt. hæc differentem quomodo excipiendum cenſeremus?

Sed in eandem navim me quoque Mirtisbus pertrahere nititur,[a]Et *oſtende* inquit *mihi quoque, ſi potes mi Velaſti, quando, quave occaſione factum fuerit, ut quæ quondam in Latina, Germanicaque lingua ſcribendi, & pronuntiandi ratio fuerat, in præſentem commutata fuerit*. Næ ego ad id oſtendendum cogi non debeo: harum enim linguarum & voces, & ſonum exinanita eſſe omnes fatentur: Græci autem ſermonis aurei, & ſinceri pronuntiationem in Scholis ſemper viva voce traditam, & maxime in templis omnibus, & ubique eandem auditam intercidiſſe, Græci ne ſuſpicantur quidem: Nos negamus: Eraſmiani adſeveratis:adferte adſeverationis cauſam: ſignum oſtendite. Adferam, inquis. audiemus poſtea: At hic funis nihil adtraxit.

C A P U T V.

Græcorum ignorantiam, ac tenacitatem pronuntiationis in ſacra lingua conſervandæ cauſam eſſe.

GRæci omnium olim eruditiſſimi ab eruditis omnibus ignari jampridem arguuntur. Patior profecto, qui quondam in puppi ſederent, iis ne in ſentina quidem locum eſſe: ignariſſimi ſint Græci. Tanto melius enim vero, *mulieres*, ait Cicero, pari ratione dicam ignari,*incorruptam antiquitatem ſervant, quod ea tenent, quæ prima didicerunt*. [b] Non hæc dico, quaſi Græcorum vulgus ſacram linguam addiſcat, ſed quod ſacræ linguæ pronuntiationem ita omnis infinita Græcorum multitudo inlitterata illa, &

 rudis

(a) P.20. (b) Et Socrates apud Platon. in Cratylo l.1. pag.418. edit. an 1578. cum Interp. Joannis Serrani. *αἱ γυναῖκες τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι*.

rudis a teneris adripit, ut immutandi, innovandique libidinem omnem eruditioribus, si qua gliscat, præcidat penitus, atque auferat. Scholas si lubet, & templa Græcorum inspiciamus.

Gymnasia Græcis in omni urbe innumera sunt. Itur vix extinctis sideribus, nec domum plerumque fit reditus nisi paullo ante lucernas, famulo semel hieme, æstate bis cibum deferente. Non autem *geographiæ*, non *physicomathematicæ*, & *historicocriticæ* farragines, aut nomina scientiarum, linguarumque natant in liquido illo puerorum ingenio, aut conlisi invicem submerguntur. Lingua vetus aurea totius cursus est meta. Si quibus Minerva benignior est, & animus ad laudem, quæ est ex litteris concitatior, ii in sacris, prophanisque Græcis scriptoribus intelligendis, consenescunt. Maxima pars sermoni sacro legendo castigatissime, & celerrime ad miraculum erudiuntur, quem deinde in Templis canendo Parentum applausus excipiant. Quoniam autem a teneris unguiculis adsuescunt, dentes illis potius, quam a sacro sermone notam unam auferas. Narro: ad inquirendum de sacris Religionibus venit Chium Thessalonicensis Antistes. Is Nos quidem latinos, homo Græcus diris omnibus superstitiosissime, ac publicis execrationibus devovere; Græcis vero, si qui nostris in domibus mererentur, si qui nos salutarent, minari sempiternum exitium. Non modo quod Romæ, Romano Pontifici, Latinorumque ritibus consecrati simus, sed etiam [Memini puer, & risi hominis impudentiam] quod lingua græca, quod græcis accentibus in sacris precibus non uteremur. Adeo sanctum, adeo in amoribus, & deliciis est Græco, & rudi, quidquid cum lacte hauserit, si sacrum esse animo conceperit, & velut sacram ancoram in templis retinendum.

Nec minus anus ipsæ, ipsi fullones, ac bubulci Græcorum sacri sermonis periti sunt. Vulgus enim Græcorum *primas vesperas*, *matutinum*, *Missam*, reliqua divina *officia*, quæ

quæ ad multas horas producuntur, posse a se prætermitti sine proditæ Religionis conscientia minime putat. Quare licet plurimi per annum apud ipsos festi dies celebrentur; omnes tamen a primis *vesperis* laboribus, negotiisque justitio indicto confluunt quisque ad viciniæ suæ Ecclesias; quas certe infinitas esse in Græcia, vel inde liquet, quod sacerdoti cuilibet suam esse oportet. Profecto Chius Insula exigua est, [*a*] & quum Præsul noster Latinorum unam in urbe, tres suburbanas ædiculas sacras regit, Græcus metropolita in ıɔccc fere templis per totam Chium *dilatat fimbrias*. Jam ubi ad templa ventum est, Sacerdos in adyto consistit. Prope aram, quæ una omnino est, Cantores: Deinde viri baculis quibusdam innixi secundum subsellia, stantesque: neque enim genua nisi in Festo Pentecostes ponunt. Seorsum Matronæ: discrete Virgines: ante ora Parentum pueri: nemo sedet; omnes silent: duo hinc, atque illinc Adolescentuli alternando elata voce, ac distincta præeunt Cantores: illi recitata excipiunt, modulanturque. Cantum porro nulla timpana distrahunt, aut id genus obstrepentium instrumentorum; Non intortæ, vibrateque vocis lenocinia syllabas minutatim discerpunt, non voculas in atomum, infinitumque sonum extenuant, non, eadem blanditer iterando, sede proturbant accentus. Integra dictio pervadit aures, & licet ignota, menti infigitur, numquam oblitteranda. Novi ego, qui legere numquam didicerint, tamen quidquid in Templis canitur, hoc totum ita tenere memoria, ut sine libris puerulos legendi ratione imbuant, quam ipsi plane ignorant, functi videlicet.

. . . . . . vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi. [*b*]

Quorsum hæc? Illuc videlicet: Imperitum Græcorum vulgus, sacræ linguæ pronuntiationis peritissimum liberam voluntatem numquam relinquere potuisse, iis, qui novitatis œstro fuissent adflati. Quod si quis alicubi id tentasset,

a Insulæ Chii ambitus 123. Mil. Ital. D'Apper. p. 213. *b* Hor. de Art.

ſet, nec exploſus fuiſſet a populo mirum, atque incredibile eſſet; quid autem ſi hoc toto pene terrarum orbe accidiſſet? Jamdiu enim & ab ipſis Eccleſiæ incunabulis Græci omnes, ubique terrarum *pari prorſus modo*, *voceque* eaſdem preces, eodem ritu, iiſdem cærimoniis canunt. Eodem itaque ſaxo omnium ſacerdotum linguæ premendæ fuiſſent, ut aureo illo depoſito, novæ pronuntiationis exuvio ſordidatæ apparerent, neque contractas jamdiu abſtergere, neque, quod portento ſimile eſt, alias novas jampridem contrahere potuiſſent.

Ad Ebræos confugit Sarpedonius, & Latinos. *Numquid, & Hebræi rituum, & antiqui moris* ait *erant tenaciſſimi, & tamen Babilone omnem linguæ ſuæ vernaculæ amiſerunt notitiam, & uſum? Nonne & Romani eadem linguæ ſuæ perficiendæ, ſuaque in puritate conſervandæ flagrabant ſtudio, & tamen communi huic fato ſe nequiverunt ſubducere?* [a] At Siriacus ille ſermo, quem ſuo uſu Chriſtus Dominus conſecravit, certe poſt Babilonicum jugum, non alius omnino, ſed nonnihil quidem immutatus ex Chaldæorum, quibus LXX annos Babilone ſervierunt, commercio, Ebraicus tamen vetus ille fuit, ſive illum Chananæorum proprium fuiſſe dicas, [b] ſive illum eum, quo Adam uſus ſit. Neque vero ſi gravius a vulgo paſſus ſit vulnus, extinctum etiam in Templis plane dicemus. Eſdram enim accepimus novis quidem characteribus Chaldaicis Ebraicum veterem ſacrum Sermonem traduxiſſe; etſi nonnulla commutaverit. Et Chriſti quidem temporibus, non ita omnes ſacrum ſermonem intelligebant, ut non opus eſſet interprete: at ſine interpretatione paullo poſt tranſmigrationem *Babilonis* legebat Eſdras libros Moyſis *in conſpectu virorum, ac mulierum in platea, quæ erat ante portam aquarum de mane uſque ad mediam diem*, & tamen *aures* non ſolum ſapientum, ſed etiam *omnis populi erectæ erant ad librum*. [c] Quam ergo con-

a p. 22. b Natal. ad Alex. t. 2. Diſſ. 4. ar. 1. c Eſdras 2. c. 8.

confidenter omnis notitia, & usus Ebraici sermonis Babilone dicitur periisse?

At tenacissimis Ebræis, tenacissimis Latinis exciderit sermo, & sonus; Græcis igitur cum stet sermo, quod conceditur, quid mirum si etiam stet pronuntiatio? Esto igitur cetera omnia æque militent: Hoc uno discrimine & adversariorum argumenta cadunt, & Nostra sententia communitur. Quomodo enim, aut quibus in Templis Ebraicus, aut Latinus conservaretur sermo, si sermonem fuisse negabis? Una est post homines natos Græcorum gens, quæ quum longe lateque, tot sacris templorum arcibus aurea sua vocabula Deo obtulerit, castaque a Barbarorum libidine, & vicissitudine temporum conservarit, auream etiam eorum pronuntiationem, quum non dubitat, probat; quum tot populorum, atque ætatum continuum, & ad omnia collineantem usum producit, ostendit; quum sibi omnem novandi libidinem præcisam semper fuisse a domestica ignorantia, & tenacitate sentit, plane demonstrat; & eodem tutissimo loco, quo sacras voces, earum etiam pronuntiationem conlocat.

CAPUT VI.

Erasmianæ Græcarum Litterarum Pronuntiationis ortus, & varietas.

Aldus Manutius primus [*a*]. de Græcorum pronuntiatione dubitare visus est, num eadem esset, ac perantiqua illa: sed vir plane cordatus cum quærere, quid impubere adhuc Græcia litteræ vix e Phœnicia advectæ [*b*] valerent, laborem irritum, tum Græcorum, sibi constantem usum sequendum esse existimavit.

Eras-

(*a*) Obiit an. 1516. fuit Pater Paulli, qui obiit an 1574. vide suum πάρεργον

(*b*) An Cadmus e Phœnicia Græcis litteras adtulerit lis est. Vide apud Montfauc. Diss. de priscis Græc. & Lat. litteris p. 555. & Natal. ab Alex. Tom. 1.

Erasmus Roteradamus, [a] primus contra omnium Græcorum pronuntiationem extulit signa, tum nempe, quum sibi homo καινοπάπακτος novitatis palmam præripiendam timeret. Historiolam cum nemo negat, tum Vossius quoque admittit, cui Erasmus instar Cadmi est. Narro verbis Henrici Coracopetræi. [b] *Audivi*, inquit *M. Rutgerum Reschium Professorem linguæ Græcæ in Collegio Buslidiano apud Lovanienses meum Præceptorem, se habitasse in Liliensi Pedadogæo una cum Erasmo: Henricum vero Glareanum Parisiis Lovanio venisse, atque ab Erasmo vocatum fuisse ad prandium quo cum venisset, quid novi adferret interrogatum dixisse, [quod in itinere commentus est; cum sciret Erasmum plus satis rerum novarum studiosum, ac mire credulum] quosdam in Græcia natos Lutetiam venisse, viros ad miraculum doctos, qui longe aliam pronunciationem Græci sermonis usurparent, quam quæ in bis partibus recepta esset: Eos namque non* vita, *sed* beta *non* ita *sed* eta *οι vero, & ει, non* i *&* e, *sed* oi, *&* ei *proferre: Quo audito Erasmum paulo post conscripsisse Dialogum illum de recta Græci sermonis pronunciatione, ut videretur hujus rei ipse inventor & obtulisse Petro Alosteusi Typographo imprimendum, qui cum forte aliis occupatus renueret, aut certe se tum cito expedire, quam vellet Erasmus, non posse diceret, Libellum Basileam misisse ad Frobenium, a quo mox impressus in lucem prodiit. Erasmum, vero cognita fraude numquam ea pronunciatione usum esse.*

Sed tamen *resuscitaverit potius* Erasmus *non excitaverit hanc sententium* Contentus sit volo Sarpedonius. [c] Peto qua auctoritate tot sæculis consepultam pronuntiationem resuscitavit hic novus Thaumaturgus? Jam olim etiam putrefactam Latini sermonis pronuntiationem omnes fatemur; cur ab eo illam etiam *resuscitatam* non sequimur? Sci-

(a) Qui obiit anno 1536. antea dictus *Desiderius*. (b) Apud Vossium Arist. l.1. c.18. Vvesthenium or.5. D. Greg. Placentinium c.5. Disser. & tandem in Notis ad ipsius Erasmi Dissert. (c) P.23.

Scilicet [a] in Græcos, quod dudum silent, quidlibet audendum. At Latinam, inquis, resuscitare forsan non tam facile est. Atqui etiam *Græcam revocare impossibile* ipsi Erasmiani adseverant. [b]*Conjecturis certe admodum jejunis*, quæ pro Erasmiana pronuntiatione *adferri solent* negat fidem habendam esse magnus Clenardus, *nisi* inquit *aliquem ab Inferis excitaverint*. Erasmus itaque si græci sermonis castitatem tantopere deperiret, tum illi prodeundum in lucem fuerat, quum cæpta est jam corrumpi: Tum *mutantibus* ut monet Quintilianus [c] *repugnaret si posset; sed abolita, atque abrogata retinere insolentiæ cujusdam est, & frivolæ in parvis jactantiæ*. Quid quod non retinuisse, sed resuscitare potuisse Erasmum jactitant? Sed si hodierna hæc Græcorum pronuntiatio tot sæculorum cadaver esse dicenda est, putas ne Erasmum quattuor litterulis immutatis ad vitam revocare illam linguam potuisse virum Batavum, quam Theophrastus vir Lesbius Aristotelis Discipulus, & in Lyceo successor viginti annos Athenis commoratus ita loqui non potuit, ut aniculæ nasum declinaret?

Tamen suscitaverit Erasmus: non invideo. Cur tamen dum vixit, tam altum silentium tenuit? cur non institit? cur neminem discipulorum, qui ab ejus ore plurimi certe pendebant, ad illam suam veterem Pronuntiationem a tumulo ad solem iterum a se revocatam induxit? cur id saltim non est conatus, si recta se dixisse sensit? si decepti infamiam deprecari vellet? Atqui nostram hanc pronuntiationem semper quoad vixit docuit. Post illam certe Dissertationem suam, ipsi Rutgero formulam exhibuit, Damiano Gæs Hispano transmittendam, in qua non illam suam, quam confixerat, sed Græcorum proferendi rationem, propria manu exaravit. Post illam Dissertationem

(a) Erasmus scripsit de recta Latini, ac Græci Sermonis Pronunciatione.
(b) D. Ricci in Academ. Flor. Linguæ Græcæ Professor apud Giraudean. p. 20.
(c) Inst. Or. l. 1.

nem ſuam omnia ſua opera iterum limæ, & prelo ſubjecit, Echo tamen ſuam græce, & ad Græcorum aures ad vocem *Eruditionis* ὄνοις, ad *Γpiſ.opi* κόποι, ad hariolari λάροι iterantem Corrector, atque Emendator Græciæ non emendavit.

Quid plura? Fatetur Voſſius ipſe Eraſmum Magiſtrum ſuum nec ſe ſui Diſcipulum admiſiſſe, neque alios ad ſuam ſententiam pertraxiſſe: ne id quidem conatum fuiſſe; *ſive* inquit, *quia ſic a puero adſueſſet*, *ſive quia deſperaret ſ o ſe exemplo alios ad imitationem provocare poſſe*, *ſive quia loquendum putavit cum vulgo*, *ſapiendum cum paucis*. Ita Pythium ſuum recentia fundentem oracula complectitur, ut quidvis malle videatur, quam ſe non ineptum. Peto enim: Si Eraſmus Veterem illam Atticorum ὀρθοέπειαν ſitu obſitam, ſæculis obrutam, Letæis gurgitibus demerſam primus, neſcis qua Medeæ verbena in lucem iterum, atque in iuventutem revocavit: [a] Si ſine proco amavit, ſi nemo ab ipſo repudiatam adſpexit, qui erant quæſo *pauci*, *cum quibus ſentiret*? Sed quid Voſſium perſequor? ipſe Eraſmus, quum Eruditos ad Capharea traxerit, ipſe ſuis ſe telis confecit. Poſtquam enim tantopere in Græcos, & maxime in Græcorum vulgus debacchatus eſt. [b] *Conducendus*, ait [c] *aliquis natione Græcus*, *licet alioquin parum eruditus*, *propter nativum illum*, *ac patrium ſonum*, *ut caſtigate græca ſonari diſcantur*. Huncine virum, quem calcata Græcia Triumphatorem ad Capitolia litteratorum turba comitatur?

Quam tamen ſcriptis ſuis vel non exegit, vel non obtinuit fidem Eraſmus, majorem ut ſit præſtitit Joannes Chechus, quam ille poſtulaſſet. Movet enim, quas Eraſmus poſuit, novitati lineas, & ultra vagatur. Stetit acriter pro Græcia Stephanus Epiſcopus Vintonienſis. Hinc acres illæ inter eos Epiſtolæ, quas Cœlius anno CIϽIϽCLV edidit Baſileæ. Hinc illi ſonitus inter Jacobum Gretſerum, Andræam Hel-

(a) Ovid. met. 7. fab. 2. (b) Pag. 66. Diſſert. (c) P. 145.

Helvigium, Theodorum Bezam, Adolphum Mekerchium, & Jacobum Ceratinum, qui, ne ab Erafmo novitatis ftudio tantulum fuperaretur fui etiam is nominis fonum, non fenfum maluit immutare. [a] Qui lætior ex ea dimicatione abierit, videant Eruditi. Tranfiit dudum Alpes contentionis æftus, & jam in Italia percrebuit: aliis pro Græcorum Pronuntiatione veluti pro Helena contendentibus; aliis turpius eam in dies deformantibus: Athenarumne illam,& veteris Græciæ ruinis eripere, an penitus opprimere laborent, incertum. Profecto admirari non debes, quod tanti viri de re leviffima, atque omnibus retro fæculis certa tantopere digladientur: Eft enim, fi quid hac in re eft, vitium non hominum, fed temporis. Quidquid profecto eruditorum aliquis hodie excogitaverit; id, fi aliqua parte ingenii viribus fuftineri poffit, opinionis donatur nomine. Chriftum Dominum omnium fuiffe pulcherrimum, quos Sol ad hanc diem adfpexit: Sanctiffimum ejus altorem Jofephum fuiffe Senem: fuiffe Romæ Apoftolorum Principem Petrum, omnium mentibus alte defixum femper fuit, omnibus indiciis femper teftatum; tamen hæc qui in quæftionem revocant eruditiores appellantur. AEneidos, aut Odarum Phrafes ne pleno ore apud Eruditos dilaudes. Quid? minus ne Latinas? Noli dicere: Sed fcire oportet, effe qui non celeberrimis illis horum Operum Parentibus, fed aliis quibufdam perfonatis gloriam adjudicat, dum crimen impingere conatur.

Sed quo feror? Videor enim iftiufmodi ineptiis adjungere velle etiam hanc de litterarum Græcarum fono controverfiam. Non faciam profecto, licet magnis auctoribus me poffem defendere, qui, cum a Græcis veritatem ftare perfpiciunt, tum rifu potius excipienda putant, quæ ab Erafmianis excogitata funt. mitto enim P. Contucium Contuci

E virum

a Proprie appellabatur Jacobus Teyng, ab Hoorn autem loco natali di?us Hornanus. Hornanus vero Belgarum lingua, & κερατίνος Græcorum idem eft, ac Italorum *Cornuto*.

virum non minus Græcæ eruditionis, quam vetuſtatis perſpectæ laude tota Italia notiſſimum. mitto P. Nicolaum Galeoti, Græcæ linguæ callentiſſimum, atque alios in hoc Gregoriano Lyceo Græcæ linguæ ante me Profeſſores. mitto Eruditiſſimum D. Gregorium Placentinium, a quo jam audio arma in Sarpedonium ſumi. Omitto P. Bartholomæum Perramutum virum Calatajeronenſem, meum olim Præceptorem, quem ſi Clenardo, ſi Laſcari, ſi magno Allatio hac in re conferam, citra voluntatis ſtudium loqui videbor iis, qui hominem norunt, ceteroquin modeſtiſſimum. Is enim litteris Panormo ad me nuper græce ſcriptis hortatur, *τὰς τῶν Ἐρασμιανῶν ἀνερασμίους λήρους τῇ τῆς ἀληθείας δυνάμει ἀποθεῖσθαι, καὶ ἐξελαύνειν*. Quin ſi ego meis verbis ita appellaſſem, nimis modeſte facere viſus eſſem Simoni Portio, [*a*] Veſthenio [*b*], Salmaſio [*c*]. Hi enim audaciæ, atque temeritatis notam paſſim Eraſmianis inurunt. Sed ferocius in Theodorum Bezam inſurgit Scaliger, [*d*] quem idcirco hæreticum appellat, quod Eraſmianis hac in re aliquando ſubſcripſerit. Vtinam ſola illius viri hæc Hæreſis fuiſſet! Ego vero hoc tantum pronuntiationis Græcarum litterarum exagitandæ ſtudium nullo nomine damnem. ipſos Eraſmianos judices appello: ipſi a contentionis æſtu, ad ſe placidos cauſam referant, & quid contendant advertant. Contendunt enim Græcarum litterarum ſonum jampridem extabuiſſe; qui illum ad ſanitatem revocaret inventum tot ſæculis neminem, ne Platonem quidem: ipſum nihil aliud potuiſſe, niſi fœdam divinæ illius locutionis [*e*] *audaci, inſolentique mutatione detortæ* calamitatem inanibus proſequi lacrimis: Batavis in agris nuperrime tamquam fungum exortam jam refloreſcere; Accentibus autem ſublatis, diphthongis diffractis, quatuor immutatis litterulis, omnem jam tanti vulneris obductam cicatricem, abſter-

(*a*) Sim. Port. Gram. Græc. p. 3. (*b*) Orat. de Pron. Græc. lit. (c) In Notis ad Inscr. Herodis Attici. (*d*) Scaliger p. 32. (*e*) Mirt. p. 16.

abſterſum etiam tam diuturni ſitus pædorem, omnem venuſtatem veterrimam reſtitutam. Atque utinam repertum hoc Hecatombæum aliquo loco conſiſteret! nam ubi ſemel a Græcorum pronuntiatione diſceſſum eſt, ipſa ſibi novandæ vetuſtatis imbecillitas indulſit, in altumque provecta eſt, nec reperit locum conſiſtendi. Illi enim accentus tamquam *aculeorum ſegetes* ſtirpitus evellendos, [a] Hic ſumma tantum falce demetendos [b] cenſet. Alter ἦτα ut ε̃, alter ut ε̃ε̃. ypſilon iſte ut *u*, [c] alius ut *y* [d] profert *Kappa* Gallus ad ſuum *c*, Italus ad ſuum pertrahit.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Quid enim? alia me Belga, alia me Germanus docet, ac dum ingenii aciem Græcorum litteris acuunt, earum pronuntiationem magis in dies obtundent, donec aliquando penitus exterminent. Hanc ipſi contentionem quo nomine appellent, cogitent: Ego vero dum & re, & nomine ſecum iſti conveniant, ſequendam eſſe duco Pronuntiationem tam diſcordantium inter ſeſe Græcorum concordi *voce & pari prorſus modo* tot ſæculis comprobatam, nullo umquam dubio ante Eraſmum, aut Manutium vexatam, quam Clenardus, Trapezuntius, Chryſoloras, Laſcaris, Chalcocondylas, Euſtathius, Suidas, Theodorus, Heſychius ceterique ſemper Grammatici docuerunt, quam tot viri doctiſſimi in omni ætate adhibuerunt, quam tot Græcorum populi in Orientali Eccleſia *immenſis diffuſa ſpatiis* [e] ut verbis utar Goarii, audiverunt, cujus corruptæ nullo tempore, nullo loco cauſæ, aut indicia apparent; quam denique etiam corruptam utendam eſſe duceremus, donec quæ fuerit incorrupta aliquis Thucydides, aut Pericles ab Inferis excitatus oſtendiſſet.

a P. Le Tellier. apud Giraud. p.24. b Mirtis p.49. c Aldus Pius Man. in παρέργῳ d Giraud. c.2. p.5. e Goar in Proem: ad Eucol.

PARS II.

ἦτα valere *ita*, & unisonum esse cum *ἰῶτα*, *ει*, *οι*, *υ*.

CAPUT I.

Ab Auctoritate scriptorum Græcorum.

VExatissimum ἦτα non a Turcis post eversam Græciam in *ita* esse detortum, ut putavit Erasmus, Cnechus, Vossius, Mekerchius, docemur a πολυθρυλλήτῳ Eustathio, qui sæculo duodecimo floruit. Is enim geminam consonantiam Homero fuisse familiarem ostendit παρήχησιν perfectam, & ὑποπαρήχησιν, seu ψευδοπαρήχησιν Imperfectam, quæ similem non eumdem prorsus sonum habeat frequentiorem quidem esse apud ipsum: atque hæc exempla affert ἤος & ἔηος, μεῖνα, & μῆνες. *Perfectam* vero παρήχησιν illam esse statuit, quæ ταυτὸν μὲν παντελῶς ἠχῦσα. ἔχει δὲ ἀνομοιότητα κατάτε τὴν ἔννοιαν καὶ κατὰ τὴν γραφὴν... παντῇ μὲν ταυτόφωνος ἐν διαφόρῳ δὲ γραφῇ τὴν αὐτὴν ἦχον ἔχυσα. *Idem certe prorsus sonans, habet vero dissimilitudinem secundum sensum, & scriptionem... omnino quidem, & ex omni parte idem sonans, in diversa vero littera eundem sonum habens*. Exempla hujus perfectissimæ, *idemque sonantis* παρηχήσεως adfert; En tibi aliqua ex infinitis. ἔδδεισαν (*a*) *timuerunt*, & ἔδησαν *ligaverunt* πίθεσθαι *obedite* & πείθεσθαι *obedire* (*b*) ἦμεν *eramus* & ἴμεν *imus* ἥβης *pubis* & ἴβις *Ibis* avis τίς *quis* τοῖς articulus pluralis Dativi masculini ἦτοι vel εἴτοι *seu* ἦτοι autem ζῇ, *vivat* ζεῖ *vivit*. ἥρης *Junonis* ἶρις *Iris*. (*c*) Perspicuum igitur est omnino unisonum esse ἦτα cum *ἰῶτα*, cum *οι*, cum *ει*.

Scio hæc, ait Mirtisbus, *verum Eustathius non de Athenien-*

---

a Ex Il. α. v.406. *b* Ibi v.274. *c* Eustath. Græce edit. Romæ an.1542. in fol. vide p. 125.& in Il. λ versu 685, & 688. pag.878. Il τ ver.436. p.1144.

nienſium veterum more, ſed de conſuetudine Theſſalonicæ ſuo fortaſſis ævo obtinente loqui cenſendus eſt. (*a*) At Euſtathius, non dixit, eſſe apud Homerum hujuſmodi παρηχήσεις, ſed ab ipſo Homero factas, conſulto excogitatas eſſe, & juxta ſe ad venuſtatem conlocatas fuiſſe. *Poſtquam enim* inquit *Homerus dixerit.*

Ἥρη δ' Ἀπόλλωνα καλέσατο δώματος ἐκτός (*b*)
Ἶριν θ...

Juno autem Appollinem accerſivit extra domum
Iriquc:

Statim deſcribit paraphraſtice Irim. ἥδε θεοῖσι μετάγγελος ἀθανάτοισι. *quæ Deis internuntia eſt immortalibus* Ad hæc Euſtathius: (*c*) *Ideo*, inquit, *paraphraſtice deſcribit Irim, ne perfecta vocis ἥρας, & ἶρις conſonantia aliquem decipiat, & Juno a ſe ipſa Junone extra domum vocari putetur*. Putavit itaque Euſtathius Homerum paraphraſi illa ſua cavere voluiſſe, ne lectores a ταυτοφωνία deciperentur. Neque dici poteſt alucinatum, quum hæc diceret Euſtathium virum profecto, cui parem Græcia multis retro ſæculis neſcio an protulerit, cujus in loquendo nitor cum Platone, cum Thucydide, cum Pericle confertur: (*d*) cujus perquirendæ vetuſtatis Græciæ, litterarumque inveſtigandarum ſollertiam ita omnis poſteritas commendabit, ut manifeſtum ſit neminem hac in re fuiſſe præſtantiorem. Vetuſtiſſimos quoſque poetas enucleavit, eorum ſententias mira eruditione expoſuit, atque adeo patefecit, ut Scriptores omnes Atticos tamquam ungues digitoſque ſuos præ oculis habuiſſe viſus ſit. Is vero cum adſeveret ἦτα uniſonum eſſe cum ἰῶτα, cum ει, cum αι nulla id ne leviſſima quidem ratiuncula probare conatus eſt: Vniverſæ igitur Græciæ notum id ſemper fuiſſe, & nulli poſterorum dubitandum arbitratus eſt.

Quod

a P.45. *b* Il o verſu 143. *c* P.1009. *d* Vide Allatium de Conſenſ. Eccl. Ori. l.2. c.8. p.613. Fabricium in Biblioth. *e* In Procm. ad Iliad. p.2.

Quid quod Præsul iste modestissimus *nihil novi de suo ingenio fingere*, *sed collegisse se*, ait (*e*), *quidquid vetustiores* in Homero animadversione dignum censuerint? Quidni ergo suspicer παρηχήσεις illas τῦ ἦτα cum ἰῶτα ab aliquo vetustiore notatas esse? Quid quod suspicio ista Homerum ipsum petit, non tantum ex Eustathii dicto, sed re ipsa? Cur enim ἥρην vocat *Junonem* ubi ἶριν *Irim* mox dicturus erat, nisi ad παρήχησιν, quam deperire videtur, effingendam? Juno enim Græcis Ἥρα ἥρας dicitur non ἥρη ἥρης. Noli poeticam licentiam, & Jonicam dialectum causari, quæ metri causa solum adhiberi testatur Zuingerus (*a*) tam enim ἥρη, quam ἥρα spondæum esse ex prosodia Græcorum patet.

Sed illud adhuc tangit Mirtisbum (*b*) quod si ἥρης, & ἥρης, ἔδδεισαν, & ἔδησαν *iris & iris edisan & eddisan* dicatur, jam non παρήχησις inquit erit, sed ταυτοφωνία. At quid magis Eustathius contendit, quam ἥρης, & ἥρης esse puram putam ταυτοφωνίαν ταυτόν παντελῶς ἠχῦσαν? sufficeret profecto causæ nostræ, quod ipse dixerit Eustathius: qualis vir? Deus bone! Quid enim? Illum Græcæ linguæ Auctorem censemus, Magistrum pronuntiationis ejurabimus? Quæ producit vocabula aurea sunt, casta, integra; corrupta & profligata, quam docet, ptonuntiatio? Verum antiquitatem omnem rimabimur, quo perspicuum sit ἦτα semper *i* non *e* valuisse.

Suidas antiquior Eustathio (*c*) *Balatum* inquit *ovium non per βαὶ*, *sed per βὴ scribunt Attici*. ἦτα igitur Svidæ non est unisonum cum αι atque adeo male scriptum fuisse a Cratino eo clarius adfirmat, quo minus dubitatum fuisse hac de re sciret.

Id ipsum confirmat ordine alphabetico Lexici sui, ni fallor, nam statim post αι ponit ε; & ζ interposito statim post ἦτα con-

a De Poet. licentia. *b* P.47. *c* Ejus ætas ante decimum sæculum certe ponitur, at citatur a Stephano Bizantino qui floruit sæculo v. & a Strabone qui floruit sub Augusto Vide in Epiro l.7. & Vossium.

conlocat *ἰῶτα* deinde *θ*. Quid autem ordo hic tam præposterus significare umquam potest, quam *ταυτόφωνας* esse eas litteras, quas simul conjunxit? Præterea. *νήφων* inquit idem διὰ τοῦ ἦτα γρηγορῶν *sobrius* νίφων διὰ τοῦ ἰῶτα χιονιζόμενος *nive obrutus*. γλήχων διὰ τοῦ ἦτα *pulegium* γλίχων διὰ τοῦ ἰῶτα *cupiens* δημήτριος διὰ τοῦ ἦτα *Cerealis* διμιτριος διὰ τοῦ ἰῶτα *bimater* & alia id genus. Jamvero si *ἦτα e* illi sonaret, aut ab aliis *e* intellectum iri putaret, non minus ridiculus esset, quam si latine diceret: *Crebrum* scriptum per *e* sonat *densum, frequens*. *Cribrum* per *i* sonat instrumentum illud, quo farinam secernimus a furfure. *audeo* cum *e aggredior fidenter audio* cum *i* auribus percipio. *lego* cum *e* litteras apto, & profero *ligo* cum *i* impedio, & adstringo. Aliqua etiam ejusmodi vocabula profert Hesychius, quæ aliud cum *ἰῶτα* aliud cum *ἦτα* scripta sonant. Cyrillus præterea aut Philoponus (*a*) longam seriem texit Alphabetico ordine digestam, (*b*) earum vocum, quæ eundem sonum, sed varium habent sensum pro vario nempe accentu, & scriptione. En aliqua: Ἄρτεμης, inquit, *integer*, ἄρτεμις *Diana* δεσπότης per *ἦτα herus* δεσπότις per *ἰῶτα Domina* εὐμαρής *facilis* εὐμαρίς *calceus*. ἠχὴ *fama* ἦχι *ubi*. ἱκέτης *supplex* ἱκέτις *supplicatrix*.

Non omittam hoc loco Ammonium, qui omnium, quos supra memoravi antiquissimus est hic inter voces *similes*, & *dissimiles* ponit δαμάλης *vitulus* δάμαλις *juvenca* πεῖρα *experientia* πήρα *sacculus escarius*. βούλει *vis* βούλῃ *velis* ἄγριος *non cicur* ἄγρειος *rusticus*. ἐμοῖο, & ἐμεῖο, ἑσεῖο, & ἑσοῖο. Didymus Alexandrinus, qui ab Ammonio citatus antiquior illo dicendus omnino est (*c*) λιτουργεῖν *maledicere* λητουργεῖν *ministrare publice*. Apollonides Nicaneus (*d*) κατίκησις *ipsum habitare* κατοίκισις *ipsum facere, ut alii habitent*. jamvero: nisi *ἦτα* esset uisonum cum *ἰῶτα* cum *ει* cum *οι* istæ

---

a Signiter Tritheistarum Sæcul. VI. *b* Vide in fine Henr. Steph. & Scapulæ. *c* In Iliad. B. *d* l. 3. περὶ κατεψευσμένων.

istæ voces δαμάλης & δάμαλις πεῖρα, & πήρα jam dissimiles essent in litteris, dissimiles in accentu; si etiam sono differret ἰῶτα ab ἦτα, ἦτα ab ει, in quo essent similes? quam ineptus igitur esset ille titulus περὶ ὁμοίων, καὶ διαφόρων λέξεων? si enim in omnibus διαφέρωσι, in quo ὅμοιαι dicerentur? Neque dicas accentu esse similes κατοίκνσις & κατοίκισις: accentus enim non ponis; deinde si quantitatem spectes non conveniunt κατοίκησις & κατοίκισις. Cur hæc Erasmiani aut non legerunt, aut neglexerunt? *Desinant* ergo ait Scaliger, *leges græce pronuntiandi dictitare, qui vix primoribus labris Græca degustaverint* [a].

CAPUT II.

Ab erroribus Scriptorum Græcoram.

Hæc tanta Scriptorum, quos supra recensuimus, in vocibus ταυτοφώνοις adnotandis cura quem ob alium finem suscepta est, quam ut ne ταυτοφωνίᾳ decepti aliud pro alio intelligamus, aut aliud pro alio διὰ τὸ ἰσοδύναμον, ut loquitur Porphirius (b) scribendo usurpemus?

Et vero multa apud Calligraphos ταυτοφωνίᾳ deceptos χαφικὰ ἁμαρτήματα accidisse luce clarius est. Exordior a sacris.

Ex Sacra Scriptura.

Emanuel Zæslinus Codicem Basileensem nobis exhibet tredecim sæculorum senio præstantem. Unde hæc pauca.

(c)	Βιθλεέμ	pro Βηθλεέμ	*Bethleem*
(d)	Ἐχάρισαν	pro ἐχάρησαν	*gavisi sunt.*
(e)	Ἀνεχώρισαν	pro ἀνεχώρησαν	*abierunt*
(f)	Ἐθρινήσαμεν	pro ἐθρηνήσαμεν	*flevimus*

(g) τὴν

a Apud Placent. pag. 124. b Περὶ ὁμηρικῶν ζητημ. c Mat. 2. 5. d 10. e 14. f 11. 17.



(*a*) τὴν πόλην pro τὴν πόλιν *urbem*
(*b*) δύναμην pro δύναμιν *vim*
(*c*) μησεῖ pro μισεῖ *odit*
(*d*) ἀλειθῶς pro ἀληθῶς *reipſa*

Addo ſpectabile aliud vetuſtatis documentum Acta Apoſtolorum Boldeliana, ubi tamen

(*e*) πιςὶν pro πιςὴν *fidam*
(*f*) σωθήσι pro σωθήσῃ *ſalvus eris*
(*g*) ἀπίγγιλλαν pro ἀπήγγειλαν *nuntiaverunt*
(*h*) Βηθυνία pro Βιθυνία *Bithynia*

Emendatiſſimam ex vetuſtiſſimis ſcriptis edidit Aldus Manutius verſionem τῶν ό. (1) Eam mox Brylingerus Baſileæ, deinde Wechelius Hanoviæ correxit, & tamen videas in illa κοιτιαῖοι(*i*) quod in Alexandrino Codice in Anglia legitur κιτιαῖοι per ἰῶτα. videas λευεὶ(*k*) & λευὶ, (*l*) & λευὴ, (*m*) quod tamen in Alexandrino in Anglia, & hic Romæ ubique per ἰῶτα λευὶ.

Rurſus ῥουβὶμ (*n*) & ῥουβεὶμ & ῥουβὴμ.
χαρμὴ (*o*) & χαρμεὶ (*p*) & χαρμὶ (*q*).
λάχεις (*r*) λάχης (*ſ*) & λάχις (*t*).
ἀσεὶρ & ασὴρ (*u*).
γηλῶν (*x*) & γιλῶν (*y*).
θηρία (*z*) & θιρία (*aa*).
ἰδιθοῦν (*bb*) & ἰδηθοῦν (*cc*).
θίβιν (*dd*), quod tamen Heſychius dicit θήβην, & S. Cyrillus θήβην (*ee*).

Item Ναζειραῖος, (*ff*) & ναζηραῖος, & ναζιραῖος (*gg*).

EX SANCTIS PATRIBUS.

Apud S. Baſilium. Ἰουδεὶθ, ιουδὴθ, & ἰουδίθ. (*hh*)

 Apud

a Matth. 23. 23. *b* 26. 18. *c* Lucæ 9. 1. *d* Joann. 4. 42. *e* Act. 16. 5. *f* 16. 31. *g* 7. *h* 17. 5. *i* Gen. 10. 9. *k* 34. 30. *l* Levit. 35. 23. *m* Exod. 1. 2. *n* Gen. 29. 37. 21. *o* Ibid. 46. 9. *p* Ex. 6. 3. *q* 1. Par. 4. *r* Joſ. 10. 3. *ſ* Ibi 36. 2. *t* Ibi. 19. 24. *u* Ib. 21. 30. *x* Ibid. 18. 1. *y* Ibid. 15. 51. *z* 1. Par. 4. 16. *aa* Pſ. 40. *bb* Ex. 2. *cc* In Glaphyr. *dd* Judit. 13. 5. *ee* ibid. 16. 18. *ff* Front. Duc. in Hom. de Div. p. 25. *hh* T. 2. cum Not. Cotel. (1) Id eſt 72. Interpretum.

Apud S. Ignatium ἡμᾶς pro ὑμᾶς, contra ὑμᾶς pro ἡμᾶς passim; (a) αἴτι pro αἴτη (b] λυμικῆς pro λοιμικοῖς, [c] ἧς pro οἷς.

Apud S. Epiphanium: ἀυτῆς pro ἀυτοῖς (d) λεῖμμα pro λῆμμα, φῆσιν pro φύσιν (e).

Apud Clementem Alexandrinum ὑδριναμένη quum tamen in Homero Homerus ὑδρηναμένη legimus.

EX PROPHANIS.

In Inſcriptione Herodis Attici Salmaſius invenit ſcriptum ἐπιείρανε, & in aliis longe antiquioribus Ασκλειπιάδης pro ἀσκληπιάδης *Aſclepiades*, σωτίρ pro σωτὴρ *Salvator*.

In vetuſtiſſimis nummis, quos ſumma diligentia Occo Auguſtanus congeſſit videas Αδριανοπολήτων, Αδρειανοπολείτων, & ἀδριανόπολίτων [f] Αντονῆνος, & Αντωνῖνος [g] σμηρναίων pro σμυρναίων *Smyrneorum* [h] τρηπωλίτον pro τριπολίτων *Tripolitanorum* [i] ἤπατος pro ὕπατος *Conſul*. [k]

(l)	περγαμείνων	pro	περγαμήνων	*Pergameorum*.
(m)	κυζικινῶν	pro	κυζικηνῶν	*Cyzicenorum*.
(n)	εὐσεβίς	pro	ἐυσεβής	*religioſus*.
(o)	Καλχιδῶνα	pro	Καλχηδόνα	*Calchedonem*
(p)	Νικομιδέων	pro	Νικομηδέων	*Nicomedienſium*
(q)	ϛρατιγῦ	pro	ϛρατηγῦ	*Ducis*.

Apud Thucydidem

(r)	ἀθυναῖοι	pro	ἀθηναῖοι	*Athenienſes*.
(s)	βλάβεις	pro	βλάβης	*detrimenti*.

Apud Xenophontem

(t)	κινδήνῳ	pro	κινδύνῳ	*periculo*.
(u)	ἡμεῖς ἐϛέ	pro	ὑμεῖς ἐϛέ	*vos eſtis*.

Et

a Ibid. pag. 41. *b* Pag. 6. *c* Cum Notis Petavii pag. 46. *d* Pag. 413 *e* Pag. 361. *f* Pag. 362. *g* Pag. 269. *h* P. 282. *i* P. 273. *k* P. 268. *l* P. 268. *m* P. 313. *n* p. 270. *o* p. 217. *p* p. 363. *q* p. 383 *r* p. 113. Edit. Amſtel. an. 1731. In fol. *ſ* p. 392. *t* Κύρȣ παιδ. cum Notis Henr. Steph. in fol. *u* De Perſar. Leg. p. 579.

Et passim *οἱ κάλιστη, οἱ μέγιστη, οἱ ἄριστη*
pro *οἱ κάλιστοι, οἱ μέγιστοι, οἱ ἄριστοι*
pulcherrimi, maximi, optimi.
Apud Callimachum *δωδῶνι* pro *δωδώνη* *Dodone.*
(*a*) Apud Herodotum *κατηκῦσι* pro *κατοικῦσι habitant.*

Neque dicas hujusmodi errores nostris temporibus irrepsisse: Nam hæc suo etiam ævo Philemon, quem sub Alexandro Magno vixisse testis est Suidas, deflebat: *πολλὰ φέρονται*, (*b*) inquit ex Philemone *γραφικὰ ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ηροδότυ συγγραφὴν, καὶ Θυκυδίδυ, καὶ φιλίςυ, καὶ ἄλλων ἀξιολόγων συγγραφέων, τί δ' ὐχὶ καὶ τὰ ποιήματα σχεδὸν ἀνάπλεω πάντα τυγχάνει*; *Plures circumferuntur* errores in scribendo *in historia Herodoti & Thucydidis, & Philisti, atque aliorum optimorum Scriptorum: quidni etiam poëmata hujusmodi mendis referta sint?* & causam superius dederat *τὸ ἰσοδύναμον τῶν γραμμάτων parem vim, ac sonum plurium litterarum.* Lege vetustissimàm correctionem Herodoti ab Alexadro Cotiaëo concinnatam. Quam satis hæc *ταυτοφωνίαν*, atque *ἰσοδύναμον τῦ ἦτα* cum *ἰῶτα*, cum *ὖψιλον* cum *ει*, cum *οι* testantur? *Ταυτοφωνια* enim est, quæ, quum aures decipit, calamum etiam facili negotio in errorem inducit. Quare non sine risu legimus apud Eruditum quemdam Persii Interpretem *χαχὸς, χάμβη* & id genus. Nec mirum: id enim sonat hodie auribus non græcis ac *κακὸς κράμβη*.

Libeat erroribus voces illas addere, quæ propter *ταυτόφωνον*, atque *ισοδύναμον* modo per *ἦτα*, modo per *ἰῶτα* impune scribi possunt, & solent etiam ab exactioribus Calligraphis. Mons est in Chio omnium ejus insulæ altissimus, *αἶπος* hodie *cacumen κατ' ἐξοχὴν* vocamus. Quid veteres? nunc *πελιναῖον*, (*c*) nunc *πελληναῖον*, vocis *ταυτοφωνία* Chium *πελιναῖον*, cum possessivo urbis Pellenes in Achaia *πελληναίῳ* mi-

a Melpom. l. 4. p. 229. *b* V. Porphyrium *ζητήμ. εἰς τὸν ὅμηρον*. *c* V. Bochart. Geog. Sacra de Col. Phœn. l. 1. c. 9. p. 413.

miſcente. Vide Stephanum, Suidam, Julium Pollucem, Heſychium, ipſum Phavorinum, Scapulam, Henricum, Caſaubonum, Bochartum, Biragum, Hudſonium. Quis horum auſus hactenus eſt adſeverare per ἦτα, an per ἰῶτα ſcribenda eſſe ea de quibus vel ipſi vetuſtiſſimi propter ταυτοφωνίαν ſtatuere non potuerunt? *ſunt qui dubitant*, ait Appollonius, *ſcribendum ne ſit* ἑρμεῖ, *an* ἑρμῆ. (*a*) Porro qui audit *pardus*, *pietas*, modo præſens non abſit, non dubitat utrum ſcribendum potius ſit *pietus*, *pordus*. At auritus quilibet, quum audit *ſtilus*, *hiems*, *heres* hæret ſcribendum ne ſit potius: *hæres*, *hyems*, *ſtylus*. Quamobrem vero hic dubitat, niſi ob ταυτοφωνίαν?

C A P U T III.

Græci Scriptores I *Latinum vertunt in* ἦτα.

A Vetuſtioribus incipiam. Dionyſius Halicarnaſſeus omnium diligentiſſimus habetur, qui græcis litteris latinum ſonum exprimant. Hic vero ex *AricInis* [*b*] ἀρικηνῶν *ScaptInenſium* σκαπτηνῶν *PræneſtInenſium* Πρενεςηνῶν *AquIliorum* Ακηλιῶν *ClusInorum* Κλυσηνῶν. *ComInii* (*c*) Κομηνίυ. *CarInas* Καρῆνας (*d*) *TermInium*, *AventInum*, *AlgIdum* (*e*) Ἀλγηδὸν Ἀβεντηνὸν Τερμήνιον, & in voce *HermInium*, quod vertit Ἑρμήνιον, hæc notatu digna refert ejus Interpres Lupus Biragus *Dionyſius ut latinæ vocis ſonum ſervaret* HermInii *ſcripſit per* ἦτα HermInius (*f*).

Ptolomæus Πήκτονες (*g*) *PIctones*.

Strabo *ScIpio* (*h*) Σκηπίων. *CorbIlo* Κορβήλων Δομήτιος. Βρηξία (*i*) Νυμήτωρ Πομπήλιος, Ἱρπῆνοι, Σιδήκηνον (*k*) πετηλία. *DomItium*, *BrIxia*, *NumItor*, *PompIlius*, *HirpIni*, *SidIcInum*, *PetIlia*.

Ipſe

---

a Apollonius *Pater Herodiani* floruit ſæculo primo. *b* L. 5. Antiquit. *c* L. 6. *d* L. 10. *e* L. 11. *f* Mirt. p. 36. *g* L. 2. Geog. *h* L. 4. *i* L. 5. *k* L. 6.

Ipse S. Lucas *QuirInum* dixit Κυρήνιον (*a*) Perperam fingit aliquis *QuirEnum*, pro *QuirInum*, nomen non solum Romanis, sed cuilibet inauditum. Neque ad corruptam lectionem confugias; reclamat enim & Joseph, & Justinus Martir, & Arabes, & AEthiopes, & Syri qui *KirIniou* legunt omnes.

Mitto Hesychium, Suidam, Photium, Balsamonenr, Sguropulum, ceterosque recentiores, qui hujusmodi vocum putis puris traductionibus omnia referciunt. Unum dumtaxat Zonaram adfero, quod maxime omnium aperte loquatur; Is quum scripserat & Βονηφάτιος, & Νουμήδιος, & Ποτενῶνα, & Παλεςῖνα & sexcenta hujusmodi Κανάλης, inquit, Ῥωμαϊκῇ λέξει ἀγωγὸς ὕδατος. *Canalis voce Latina Aquę ductus*. Et Armenopulus ἄυσιντ, ait, λέγουσι οἱ λατῖνοι τὸ ἀπεῖν: Κρεδιτῶρεμ τον δανειςὴν, ἠνκέρτους τὸ ἀβέβαιος, ἤλλυμ τὸ ἐκεῖνον, μόρτης τὸ θανάτου. & in Concilio Lateranensi IIII Καπήτουλον. (*b*) & Theodoretus passim Κόμητις, *ComItis*.

Quæ ab Ebræorum, Syrorum, Coptorum, Chaldæorum, Persarum, Phœnicum vocabulis deducuntur argumenta, licet præsentia quam quæ maxime, ut testatur Westhenius, tamen quia & brevitati consulimus, neque omnibus grata fore confidimus, prætermittamus (*c*).

C A P U T IIII.

In vocibus incorruptis corruptę Gręcorum vernaculę ητα *profertur* Ita.

GRæcos hodie nil minus, quam Græce loqui per quandam αὔξησιν orationis dici patior. Ceterum qui Peloponnesi, qui Macedoniæ, qui Cretæ paganos magis Mediter-

a L.2.2. *b* Labbè t. 11. part. 1. p. 211. *c* Lege. Vvaltonum, Baxtorfium, Hottingerum, Bochartum.

diterraneos, qui Insulares, aut Phanarenſes, qui Auſtralem partem Conſtantinopoleos incolunt, potuit audire, & intelligere, parcius loquetur. Chii me tutius continebo, nec te ad Paganos ducam per oppida, ad Homeruſſos, ad Voliſianos, ad Ververatuſos, ad Vrondaduſſos; non ad Cariotes, quorum Chii maxima copia, Horum profecto nedum vocabula ne dum, ſed & phraſes ipſas nemo contemnet, niſi qui Græcum ſermonem aut ignorat, aut faſtidit. Neque vexabo Græcos, qui veterem ſermonem, & affectant, & certe jucundius proferunt, & ſuavius, quam facimus nos Latini, Ligurum Colonia, Italorum etiam vocis plus ſatis amatores. Nos igitur, ut omittam plurimas voces per ἦτα in veterum dictis, quæ a nobis paſſim uſurpantur qualia a priſcis olim uſurpata fuiſſe teſtis eſt Manutius, (*a*) dicimus

Pilòs	lutum	ab	πηλὸς
Ilios	Sol		ἥλιος
Imera	dies		ἡμέρα
ithi	mores		ἤθη
thiſavròs	theſaurus		θησαυρὸς
mnima	ſepulcrum		μνῆμα
nipion	Infans		νήπιον
pidhò	ſalto		πηδῶ
niſtevo	jejuno		νηστεύω
ſipia	ſepia		σηπία
tiganiſo	frigo		τηγανίζω
china	anſer		χῆνα
chiros	viduus		χῆρος

Quid queris? ex nobilioribus Lexicis Heſychii, Henrici, Phavorini, Beniamini Hederici congeſſi voces, quæ omnino idem ſignificant apud Nos Chios hodie, atque olim apud Atticos: Credes? Prima littera *A* dat ad DCCL. & ver-

a In Adagiis.

& verba, & nomina non parce detorta, sed ejusdem & declinationis, & sensus, quem semper habuerunt. In his vocibus ἦτα semper *i* proferimus non *e* [a] sed ne gravis sim in classes redigo. Prima simplicium in ης & secunda in η, eô modo exit per omnes casus, ac Athenis florentibus demto casu dandi, quo vernacula nostra caret, & parum commutata etiam prima contractorum. Jam vero Infinita vocabula, quæ omnino ut veteres declinamus, per *i* efferimus.

Axini is	securis	ab	ἀξίνη ης
vulì is	consilium		βουλὴ ῆς
timì is	honor		τιμὴ ῆς

Sic & adiectiva omniain ἦτα a masculino ος, omnia comparativa feminina, & derivata.

Per *i* proferimus & ut veteres pæne declinamus feminina omnia in ότης

Posotis itos	quantitas	a	ποσότης ητος
Praotis	mansuetudo	a	πρᾳότης ητος
Piotis	qualitas	a	πιότης ητος

II Articulum ἡ, τῆς, τὴν.

III Neutra pluralia primæ contractorum

ta vari	pondera	ab	τὰ βάρη
ta skeli	crura		τὰ σκέλη
ta cali	pulcritudines		τὰ κάλη.

IIII Augumentum sillabicum* verborum incipientium ab α & ε ἤκουσα, ἦλθες.

V Penultimas Aoristorum, & futurorum a verbis circumflexis in άω, & έω

efilisen	osculatus est	ab	ἐφίλησεν
pidhiso	saltabo		πηδήσω
dipniso	cœnabo		διπνήσω.

VI Verbalia in ῆμα a verbis circumflexis enata

noima	intellectio	a	νόημα

pi-

a Plura hac super re in Historia Chii, quam paro.

pidima saltus a πήδημα
filima osculum φήλημα.

VII Omnia in ήειον
mistirion mysterium a μυςήειον
kritirion judicium κειτήειον
potirion calix ποτήειον.

VIII Quæ in ήρ
sotira Servatorem a σωτῆρα
charaktira characterem χαρακτῆρα

Quid multis? Nulla vox, pæne per ἦτα scripta veteribus est, quæ a nobis aut incorrupta prorsus, aut nonnihil in mutata per *i* non proferatur. Excipio ἡμεῖς quod Urbani *emis* dicimus, oppidani autem *imis*, & si quod aliud est. Jam vero hæc non a Turcis edocti sumus, non a Barbaris, non ab aliis nationibus, quæ Chium ne aspexerunt quidem, neque uspiam toto terrarum orbe auditæ sunt.

Porro Erasmiani Græcum ἦτα valere *e* contendunt, quod a Latinis in *e* verteretur: Ego quod ἦτα Græcum iisdem in vocibus a nobis semper pronuntiatum est *i*, *i* semper voluisse contendo. An causa mea pejor est, quod illi paucas adferant, ego voces integras quidem omnino plurimas, ultima dumtaxat littera mutilas propemodum infinitas? An minus fidem mereor, quod Chius ea dico, quæ non nisi a Chio homine sciri possunt? Ceterum si voces illas conlectas velles, ut cum Latinis numero posses conferre, scias hic me non Lexicon, sed dissertationem scribere.

C A P U T V.

Ἦτα Grecum in I *vertitur ab exteris nationibus.*

MItto Ruthenos, Armenos, Maronitas reliquasque nationes non omnibus auditas, quorum in Templis profecto multas voces per *I* audies, quæ vel a Græcorum

ἦτα

ἦτα proficiſcuntur ; vel per ἦτα a Græcis ſcripta ſemper ſunt *Amìn* , *Alliluja*, *Michaìl* , & id genus innumera .

Hiſpani a Græco Ἐρεμίτης venire ſuum *Ermitanno*, Itali ſuum *Romito* contendunt . Galli vero ab ἐκκλησία , παῤῥησία, φῆλος , χαμαίμηλον, βυλὴ, ἀβύσσω, χαρηβαρεία, ἀποθήκη, κηρὸς, , ποτήριον ſuum *Egliſe*, *Paris*, *filou* , *Chamomile*, *bailles* , *aviſer* , *Charivari* , *boutique* , *cire*, *potiron* .

Germani a Græco ῥῆμα, ἦθος, κνήμη, ἑξήκοντα, ῥῆν ſciunt quas proferunt voces , noſtris enim litteris ſcribi non apte poſſunt .

Quid de *Kirie Eleiſon* dicam omnibus per Europam Gentibus , omnibus templis auditum longe ante ſæculum ſextum ? Adducit neſcio quem codicem Sarpedonius ubi ſcriptum reperit *eleeſon* . Sed potiore jure hic ego monerem : *hirundinem unam non facere ver* . [a] Ceterum ſcriptum ibi ſit *Eleeſon* : at omnibus populis *Eleiſon* ſemper auditum eſt . Hæc vox pluris ſane facienda eſt quam aliquis fortaſſe arbitretur . Non enim vetus aliquis manuſcriptus Codex eſt, quem a Calligraphis vitiatum ſuſpicemur , aut vinum Græcum , quod maris , & itineris motibus non nihil evaneſcat . Vox hæc *Kirie eleiſon* ita ab Orientali Eccleſia ab ipſo ſuo exordio cani cæpta eſt, ut eodem prorſus ſono tamquam echo Occidentalis reſponderit . [b] Non enim ſolum iterat ἦτα quale in Græcia ſemper auditum eſt , ſed etiam *ypſilon* , ſed etiam *accentum*, ſed etiam κ , ſed etiam σ . Si enim advertas hac unica voce ab omnibus profertur κ anguſtioribus labiis , quam *ch* ab Italis in aliis vocibus , aut *ſ* vocalibus interjectum ſolet. Aliter enim dicunt *peſo*, *ſteſo*, *riſo*; aliter *Eleiſon*. Quam multa dicit , atque adeo demonſtrat vox una Sacra Græcorum ?

Joannes Jacob Buxtorfius fideliſſime tranſcripſit , & ad Vſſerium Armachanum [ut volunt] Epiſcopum tranſmiſit

G Græ-

---

a Mitt. p. 37. *b* *Kirie Eleiſon* in Occidentali Eccleſia ante Gregorium Magnum invaluit : vide Labbè . Concil. Vaſenſe : & SS. D. Bened. XIV. de Sacrif. Miſſæ .

Græcum Psalterium quidem litteris Anglosaxonis, Simbolum vero litteris Latinogothicis exaratum. Utrumque deinde fuisset oculis ipsis in fontibus contemplari maluit Vsserius Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegii Benedictini. In eo itaque videre erat *Pistevo is . . . PiItIn . iIsun . . . ton monojen*I &c. *macarios an*Ir . . *eporeuth*I *en vul*I . . *ascv*Is &c. Vides ubique & semper sibi constantem Græcorum pronuntiationem? Tantum vetustatis documentum cujus manu fuerit exaratum ignotum est, erat autem in Bibliotheca, & ad usum Regis AEthelstani, qui vixit sæculo septimo. Quid dicam de Sacramentario Gelasiano? [a] quid illo antiquius? castigatius? ad rem nostram accomodatius? Ibi vero formula fidei Græca Latinis litteris rudibus quibusque recitanda traditur. Atque ita legitur: *Pistero is ena . . . vranù*, *ke g*Is, *ion tu Theu gen*I*thenda*, *al*I*th*I . . . *al*I*thinu* . . . *zo*I*n* &c. (*b*)

Negat Mirtisbus [*c*] se testimonium admittere ullum, nisi Platonis ævo ita exesum sit, ac deletum, ut vel legi omnino non possit, vel omnino non sit. At cur ipse tanto cumulo congerit (*d*) manuscripta, quæ sine accentibus scripta reperiuntur, cur illa *a plebeis plerumque, rudibusque* hominibus exaratos fuisse [*e*] suspicari non possum? Cur tot æra, ac marmora etiam post septimum sæculum inscripta ex Montfauconio [*f*] producit ad *jotacismum* labefactandum? AEqua profecto ambobus nobis lex statuenda erat. Verum morem geram: nummis, & lapidibus abstineo. marmore autem, & ære perennius monumentum adducam hominum, quorum fidem nemo noluit esse sanctam, a Patribus exorsus.

Longe ante Hieronimum LXX Interpretum Codicem quidam in Latinum transtulit, cujus verba ipsa asterisco notavit Origenes in Octaplis tamquam assequentia non modo sen-

---

a Edit. Murat. Tom. I. Litur. Col. 540. In Sab. post V. Dom. Quad.
b P. 41. *c* P. 49. *d* P. 42. *e* P. 46.

ſenſum, ſed etiam ſonum τῶν ό (*a*) Ibi vero videas ex Κεδημώθ τῶν ό Chedimoth. (*b*) ηρ (*c*) Ησαΐας paſſim Iſaias, SIr. (*d*) ἀβηληνῆς *AbIlIna* (*e*) Κανδάκης CandacIs (*f*) mitto *GetſemanI* γεθσιμανὴ, & ſexcenta alia, quæ tam Syri per *i* quam ει ό per ἦτα ſcripſerunt. mitto alia apud Sanctos Patres ut *MenothelIta*, *AgapItus*, & id genus, quibus referta ſunt ſcripta Patrum apud Labbæum, Conbefiſium, Cotelerium, Harduinum.

Venio ad *domitus* & *genitor genitus*. Cur *ridiculæ* tantopere *derivationes* (*g*) hujuſmodi videantur? Quia, inquit, *a* γίγνομαι *potius derivandum eſt*. Scio: ſed a γίγνομαι fit γεννάω, a γεννάω fit γεννητὸς, & γεννήτωρ quidni a γεννητὸς *genitus*, a γεννήτωρ *Genitor* profectum dicere prohibes, licet a γίγνομαι tandem dimanet?

Sed num ridicule etiam derivatur *ſignum* σημεῖον? *Lorica* a θωρήσσω? *figo* a πήγω? *navigium* a ναυήγιον? *Alchymia* αχημευτικὴ? vel ſi mialis ab *al Chimia* occulta ars? at tum jam vides *i* Arabicum a Græcis verti in ἦτα: *dimidium* ab ἥμυσι? *ſicca* ab ἥκη? *deliro* a ληρῶ? quid dices de *veſtis*? non enim parce detorta, ſed eſt omnino græca ἐσθής. Præpoſitum *v* faceſſit? ſed illud pro poni *veſpera* ab ἑσπέρα oſtendit, & ab ἀνεῖται teſtantur Venetiæ. Quid dices de *germanis gerris* apud Plautum & *liris*, *liris*? (*h*) nonne λήροις λήροις græcorum deduces? Quid de *dicis cauſa* apud Ciceronem ipſum? Negabis eſſe δίκης χάριν Græcorum? En verba ipſa Græcorum non Latio donata, ſed habitu ſuo, ſuo ore, ſua voce græce inter Latinos viſa, & audita.

At ne *hirundine una ver Græcum conſtare* queraris, Philoſtratus meminit de loco quodam (*i*) Athenis Κηφήσια quod Agellius dixit *CephIſia* (*k*) Plinius (*l*) Inſulam Græcis

a Vide Procopium Vſſerium pag. 49. *b* Joſue 13. 18. *c* 1. Par. 4. 15.
d Iſai 15. 13. *e* Luc. 3. 1. *f* Act. 8. 7. *g* Mirtiſ. pag. 36. *h* 34.
i In Pœnul. *k* De vita Sophocl. l. 2. *l* Nott. Att. l. 18. cap. 10.
m L. 22.

Σίκινον *SicInon* appellavit; Χαμαίμηλον *ChamemIlon*. ſat iſta ; Non enim in Latinam linguam traducta erant , ut ſunt plerumque ea, quæ ab Eraſmianis adferuntur, ſed qualia a Græcia venirent , audiebantur . Jam ſi ad *antiquam pronuntiationem inquirendam ratio valet veterum teſtimoniis innixa* , (*a*) neſcio quid hac in re deſiderari ultra poſſit?

His omnibus ſive teſtimoniis , ſive argumentis , ſive etiam hiſtoricis demonſtrationibus ejuratis , aut deſpectis ad vulgus Batavorum , Alamannorumque τὼς φιλέλληνας erudiendi gratia mittit ὁ μηχανορράφος Roteradamus . Neque pudet virum profecto non Abderitanum contra Græcorum pronuntiationem teſtes producere oves , ranas , Aſinos etiam , (quis crederet ?) & porcos . (*b*) Sed ne gladiatorio potius impetu Eraſmianorum argumenta perfringere , quam philoſophico more ſolvere videar , congredior .

Τῷ μοι δούρατά ἐστι , καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
Καὶ κόρυθες , καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες (*c*)

C A P U T VI.

Quæ pro ητα *adferri ſolent eſſe* ἀνεμώλια .

I. Argumentum ab ipsa figura .

HΤα duo ιι adverſis ſe frontibus contuentia Maureto videtur . At ſi mihi duo ἰῶτα ſecum ipſa colligata videri contenderem , num illo eſſem ineptior ?

II. Argumentum a Nomine .

Fruſtra , inquit , dicitur *epſilon* niſi eſſet *e longum* quod aliud nequit eſſe niſi ἦτα . Sed prius Platonis ævo non ita vocabatur . (*d*) Deinde S. Patres , ac Theologos adeamus ſi lubet . S. Germanus , Damaſcenus , Cyrillus Alexandrinus paſſim Chriſtum Dominum negant eſſe ψιλὸν ἄνθρωπον ; quid

a Mirris p. v. *b* Ab horum pecudum voce græcam pronuntiationem oſtendere conatur in Diſſert. *c* Iliad γ. v. 264. Verba Idomenei ad Merionem . *d* In Crat.

quid illos putemus velle dicere? quod non fuisset *homo brevis*? an quod non esset *simplex homo*, sed ex divina, humanaque natura VNVM θεανδρικόν?

Verum hæc nobiliora sunt, quam res postulet. Grammaticorum tricis adsuetissimus Eustathius interrogat: quid κενὸς vacuus? a καινὸς novus differat? respondet καινὸς μὲν διὰ τῆς διφθόγγου αι· κενός δὲ διὰ τοῦ ἒ ψιλὸν γράφεται. Itaque ἒ ψιλὸν diphthongo αι, non E longo; sicut ὖ ψιλὸν etiam opponitur ει, & οι, non alii longæ, quæ, nisi ἦτα sit I, nulla est. ὖ ψιλὸν enim, & ἰῶτα anceps est, & plerumque breve. Argue nuuc: est E *simplex*: ergo E *longum*.

Auditum admissi risum teneatis?

III. Ab Intentione inventoris.

Erat, inquiunt, ἰῶτα quod *i* valeret, cur Simonides aliam litteram excogitasset ἦτα, quæ idem *i* sonaret? At primum de ea ætate tantum volunt esse sermonem, *quæ ad aureum Platonis, Demosthenisque sæculum proprius accedit*. (*a*) Quid quæris Simonidas? & Ceus quidem centum triginta annos, alter autem Simonides Amorgeus, cui eruditiores litterarum gloriam adjudicant, quatuor amplius sæculis ante Platonem floruit. Deinde ἦτα ad quindecim sæcula ante Christum erat inter sexdecim litteras Alphabeti Pelasgici, sive veteris Attici, (*b*) etsi tantum valeret ut apud Ebræos *Aleph* & *Ajin*, vel esset tantum pro nota Arithmetica. Quem deinde sonum litteræ ἦτα adfixerit aut Simonides, aut Callistratus (de hoc enim dubium est) in Alphabeto Jonico fateor me juxta cum ignarissimis scire.

IIII. Ex Platone.

Platonis testimonium, inquit Mirtisbus, *sufficit ad rem totam conficiendam*. [*c*] Recognoscamus scriptum. οἱ μὲν παλαιοὶ, inquit (*d*) τῷ ἰῶτα εὖ μάλα ἐχρῶντο . . . νῦν δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ ἰῶτα ἢ ἒ, ἢ ἦτα μεταστρέφουσι. οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν

τὴν

a Mittis. pag. 41. *b* V. Jo: Buherum, & Athenæum l. 9. *c* Pag. 16.
d Tom. 1. p. 418. Edit. an. 1578. Interprete Serrano.

τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἑμέραν, νῦν δέ γε ἡμέραν . . . οἶσθα οὖν ὅτι τοῦτο μόνον δηλοῖ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα τὴν διάνοιαν τοῦ θεμένου, ὅτι γὰρ ἀσμένοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἱμείρουσιν ἐκ τοῦ σκότους τὸ φῶς ἐγίγνετο, ταύτῃ ὠνόμασαν ἱμέραν . . . . νῦν δέ γε τετραγῳδημένον, οὐδ' ἂν κατανοήσαις, ὅτι βούλεται ἡ ἡμέρα. Duo hic peccavit Serranus Interpres. Alterum, quod disjunctivam particulam qua utitur Socrates ibi ἢ ἒ, ἢ ἦτα *aut* ε *aut* η, per conjunctivam & explicat. Alterum, quod verba Socratis νῦν δέ γε τετραγῳδημένον, οὐδ' ἂν κατανοήσαις, ὅτι βούλεται ἡ ἡμέρα. Sic reddit: vocabulum ἡμέρα *tam audaci, insolentique mutatione detortum est, ut quæ sit illius notatio, & quid sibi velit, minime possis perspicere*. Audacem istam, insolentemque Paraphrasim potius, quam Interpretationem eam ipsam Mirtisbus adscivit.

Nos autem ita reddendum omnino esse putamus. *Veteres* littera *ἰῶτα maxime utebantur. Nunc vero pro ἰῶτα aut* ε, *aut ἦτα reddunt. Antiquissimi enim ἱμέραν* cum *ἰῶτα vocabant τὴν ἡμέραν* cum *ἦτα, mox vero ἑμέραν* cum ε. *Adverte igitur hoc dumtaxat* ideſt hunc veterem scribendi morem per *ἰῶτα nomen vetus mentem Institutoris explicare*, nam optantibus hominibus & *ἱμείρουσι desiderantibus* lucem *tenebris succedebat lux*, hoc *ἡμέραν appellarunt* diem, *nunc* autem *manifestum est, te intelligere non posse, quid sibi velit ἡμέρα* ideſt unde nam derivent vocem istam ἡμέραν scriptam per ἦτα. Subjungit deinde: καί τοι τίνες οἴονται, ὡς δὴ ἡ ἡμέρα ἥμερα ποιεῖ τὰ πάντα: *Quamvis quidam putant ἡμέραν dici, quia omnia serenat*.

Porro autem non video quamobrem id *sufficiat ad rem totam conficiendam*. Hic enim Socrates, nisi omnia me fallunt, duo ad summum contendit. I. Veteres ab *ἱμείρω desidero* derivasse τὴν ἡμέραν Recentiores autem ab ἥμερος *tranquillus*. Nihil hic de pronuntiatione litterarum. II. Tria tempora distinguit Socrates & *antiquissimos* adseverat derivasse, vel si mavis etiam pronuntiasse ἱμέραν ab ἱμείρω: *posteriores* vero ἑμέραν. Tandem Athenienses ævo suo ἡμέραν

ab

ab ἥμερος non solum scripsisse, sed etiam pronuntiasse. At inde quomodo deducitur ex Platone alium esse sonum litteræ ἰῶτα, & alium litteræ ἦτα? fieri omnino non poterat ut Athenienses, qui Socratis ævo ἡμέραν dicebant, discederent ab Avorum pronuntiatione, qui dicebant ἱμέραν, accederent autem ad pronuntiationem antiquissimorum Atavorum, qui ἱμέραν ab ἱμείρω deducebant?

Necesse habent prorsus fateri Erasmiani ex hoc Socratis loco ε & ἦτα non esse unisona, mutatio enim hæc postrema, proxime facta est ex ἱ in ἡ nempe ex ἱμέρα in ἡμέραν Atque hoc mihi *sufficeret ad rem totam conficiendam*. Quod autem hæc ultima mutatio in ἡμέραν ab illa *antiquissima* pronuntiatione ἱμέρα discesserit, Davus sim si istuc me Erasmiani ex Platone inducant, ut credam.

Liceat rem exemplo firmare. Antequam ab Imperatore Claudio (*a*) digamma AEolicum Romæ esset invectum, DIVVM mox, vel Divum scribebatur, volente Augusto, *DIꟻum* scriptum est, illo e vivis sublato rursus *Diuum*, & jam fere a medio XVI sæculo *Divum* (*b*).

Item veterrimi dicebant *carissimus*, *arca*, *cvocatus*, *clipeus*, *lacrima*, *stilus* advecto deinde in Latium a Græcis K, & *ypsilon* cæptum est scribi *Karissimus*, *Arka*, *Evokatus*, *clypeus*, *lacryma*, *stylus*. (*c*) Rursus labentibus annis *stilus*, *lacrima*, *clipeus*, *evocatus*, *arca*, *Carissimus*. Quid? Dicemusne pronuntiationem, æque ac scriptionem esse mutatam?

V. Ex Iotacismo.

Vrtica illa sine more Erasmianos tangit. Quid tot I, inquiunt, in Græco sermone? At diximus ex Quinctiliano (*d*) E *pleniorem*, *I vero angustiorem* esse litteram: diximus ex Cicerone: Græcos sua tempestate angusto ore solitos loqui: *Cotta enim assiduo græce loquendi usu abstraxerot se a dilatandis litteris Latinis* (*e*). Quid quæris amplius?

Pos-

a Em. Henr. Noris Cenotaph. Pis. p.470. *b* Cellarius Orthog. Lat. p. 11. *c* Vide Grut. *d* L. 9. cap. 4. *e* In Brut.

VI AB ORTHOGRAPHIA.

Poſſet profecto ſemper per *ἰῶτα* exprimi, neque credibile eſt litteras novas ad eundem ſonum advocari: ſed non omnes litteræ ad ſonum excogitantur. Primo ponuntur ad numerum aliquæ, & Arithmeticam notam; mox accedit ſonus, nec ſemper diverſus; Ecce tibi: Cadmus ad ſexdecim litteras Pelaſgici Alphabeti addidit tres ſonantes (*a*) nempe ζ. θ. ξ. Deinde ut numerum Arithmeticarum notarum, qui apud Phœnices erat, aſſequeretur addidit Ϝ. Ϙ. ϡ. (*b*) Hæ poſtremæ diu fuerunt *ἐπίσημα* ideſt *Notæ Arithmeticæ* tantum. Mox Ϝ & ϡ ad eundem ſonum uſurpatæ ſunt, quem haberent veteres β, & ς. Aliæ litteræ poſtquam diu ſono ſuo functæ ſunt, jam ſedent taciturnæ, numerum dumtaxat completuræ, ut de *K* Græco apud Latinos teſtatur Fabius. [*c*] & Varo, *Litterarum*, ait, *partim dicuntur & ſunt, partim dicuntur & non ſunt* (*d*).

VII A CALLIGRAPHIA GRAECORUM.

At preſſi erant Attici, & emuncti. Nihil apud eos mutum, nihil ſuperfluum: denſa omnia, & nervis quibuſdam intenta. (*e*) Verum hæc non de Orthographia Atticorum intelligenda ſunt, ſed de ſtilo, qui caſtigatior erat, quam Aſianus, quam Rhodius. Cæterùm λοιμὸς, & λιμὸς aliter ſcriptum, idem Atticis auribus, ac *limòs* ſonuiſſe anno ſecundo belli Peloponneſiaci Thucydides aperte dicit. Deinde ι nonne *e* valebat? & tamen veteres προστιθέντες το ι ſcribebant ει. (*f*) ει inſcriptum erat in foribus Templi Delphici, & tamen illud ι ſcriptores omnes vocabant. & magiſtra quædam ἄλφα ajebat, ὦ γυναῖκες πρῶτον, ει τὸ δεύτερον. Ideſt *a* prima vocalis: *e* ſecunda (*g*). Quod ſi contendas ει non valuiſſe *e* ſed *i*; jam ex Socrate confeci negotium: ἱμέρα enim, idem eſſet ac εἱμέρα, ἰμέρα, & ἡμέρα, & in diverſa littera idem ſonus.

---

a Tzetz. Chil. 12. verſ. 61. *b* Vide Diſſert. in fine Paleog. Monfauc.
c L. 1. c. 4. Inſ. Or. *d* V. Jo: Buherum. *e* Quinct. l. 10.
f Euſtath. Il. ε. *g* Athen. 10.

ſonus . At quid reſpondes Dionyſio Halicarnaſſeo , qui cum XXIII. fuiſſe litteras ævo ſuo , tum XIII tantum neceſſarias ab aliquibus judicatas eſſe , & ab aliis plures dicit ? (*u*)

· Sed quid tam exactos in ſcribendo Eraſmiani fingunt Atticos , qui quantitatem unicam apud Græcos loquendi normam volunt fuiſſe . Hoc ſi ita eſt . Jam *a* primum juxta quantitatem breve erat , longum ſecundum in ἀχάτης , Μαχάων: longum in κιχάνω, ἱκάνω, φθάνω:breve in δανάων θανάτος,ἀνίμος . II. ἰῶτα longum in ξίβω, φρίκη,ἐνίπευς: breve in λίθος νιφάδες , βιβάς III Idem de *ypſilon* : idem eſto de ε , & ο ubique breve ; longum ante duas conſonantes , ſæpe ante mutam , & liquidam , ſæpe etiam ante unam liquidam . Jam ſonus & quantitas idem eſt , ſi quantitas alia atque alia paſſim eſt in α ε ι ο υ, cur ſemper eædem litteræ ? Aliam igitur ſoni, aliam quantitatis , aliam ſcriptionis rationem omnino fuiſſe neceſſe eſt .

VIII A Congrventia .

Congruens ſane eſſet , atque utile ſi diverſæ eſſent litteræ , quæ ſonum diverſum ſignificarent . Sed etiam utilius aliæ eſſent litteræ quæ brevem ſillabam , aliæ quæ longam exprimerent . Congruentia iſta ſancta nobis ſit , quum Cadmum agere placuerit. Veterum inſtituta a veteribus addiſcere oportet . Vt enim Gallos , Germanos , Belgas , Anglos prætercam . Quanto præceptorum onere Itali liberarent exteros quinque notis ? *ȧ ė i ȯ u̇* eſſent ſemper breves: ſemper longæ ạ ẹ ị ọ ụ: é, ó anguſta: ĕ ŏ eſſet apertiora . Sed quid tantopere nugabimur ?

VIIII A Resolvtione , et Contractione .

Ἦτα , inquiunt , reſolvitur in ε & longam hujus rei exhibent vocum ſeriem . Sed qui probant unam ſillabam in aliam uniſonam ſolvi ſolere, aut ſono proxime accedentem ? Nonne etiam *u* recti apud Latinos aliter exit in obliquis. *robur,roboris*? *e in i, cimex cimicis,pulvis pulveris, cinis cineris* ?

u De compoſitione litter. tom. I. p.41.

ris ? Pressius ad rem. Epsilon apud Græcos resolvitur.

I In ῶ φιλέω φιλῶ. δημοσθενέων δημοσθενῶν,

II In εις φιλέεις φιλεῖς δημοσθένεας δημοσθένεις.

III In ȣ φιλέομεν, φιλȣ̃μεν δημοσθένεος δημοσθένȣς.

IIII In οῖ φιλέοιμι φιλοῖμι.

V In η φιλέῃς φιλῇς δημοσθένεα δημοσθένη. Num litteras omnes istas sonat *epsilon* ?

X A DERIVATIONE.

Quamvis *ictus a derivatione imbelles esse* ajunt; opponut tamen pecora, quæ ab eorum *be*, vel *me* μῆλα dicta Græcis contendunt. At enim μῆλον non solum *poma*, *malum*, *oculorum protuberantiam*, *labia*, *genas* sed etiam κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα *pecudes omnes* exprimit (*a*). Num *be* aut *me* dicunt πάντα τὰ τετράποδα ? Μῆλον, inquit Lacerda(*b*) a *Milo* nummo quodam, quod oviculam figurabat dicta est ovis.

Sed lubeat μῆλον potius a μέλομαι *curæ esse* derivare, quod oves priscis maximæ essent curæ, quid ita ? Nonne Plato ψυχὴν *animam* ab ἔχει & ὀχεῖ, σῶμα *corpus* a σῆμα (*c*) ἥλιον *solem* ab εἰλεῖν (*d*) δημήτρα *Cererem* a δίδουσα deducit ? cur non dicamus ἦτα valere & ει & ιῶτα ?

XI AB ONOMATOPEIA.

At μῆλα non per derivationem, inquis, sed per onomatopejam dictæ sunt oves. Ita sit: sed per onomatopejam etiam Latinæ oves Latinorum auribus *balabant*, *gingriebant* anseres, *glottorabant* ciconiæ, *desticabant* mures. Quid mirum si Atticæ oves Atticorum auribus *milabant* ?

Verum non pecudum nomen a voce, sed ipsam vocem Cratinus expressit pe βῆ βῆ. Sed eandem vocem Varo per *ul ul* expressit. At Hesychio & quum boves mugirent, & quum ruderent Asini μυκᾶσθαι videbantur. Quis omnium optime compactas habebat auriculas? Quoniam vero belluas adire non pudet.

Ad

a Suidas. *b* In Adversi cap. 120. n. 92. *c* Tom. 1. cum Interp. Serrani pag. 400. *d* Pag. 409. *e* Pag. 404.

Ad ſonitum etiam æris campani jube auritos quoſque litteris exprimant quod audiunt ; mira prorſus , & inter ſe maxime oppoſita audient , & ſcribent . Ad litus etiam quid undæ circumlatrantes ? Ille *mu* , *u* , *u*: ille *ts ts ts* contendet . At Homero nunc *ἐρισμάραγον* , nunc *πολύφλοισβον* mare clamitabat . Vt autem ad rem veniamus Cratini duo fuere . Comædi ambo : ambo ante Bellum Peloponneſiacum , longe ante Platonem , Thucydidem , Periclem(*a*) . Nos autem de ſermone Græco agimus , qui florente Platone viguit . Quid facit hoc loco Cratinus, quemcumque velis e duobus ? Male inquam ovium vocem per *ba* a Latinis expreſſum . Concedis . male etiam a Cratino per *βὴ* expreſſum eſt . Per *βαὶ* exprimendum erat . *οἱ μὲν παλαιοὶ φασὶ μιμητικῶς βὴ , οὐ μὴν βαί . veteres vocem pecoris* be *per βη exprimebant* , quum per *βαι* potius deberent exprimere . Non ſatisfacit Euſtathius ? [*b*] **Βὴ λέγουσι οἱ Αττικὸι, οὐ μὴν βαὶ** *τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς* Suidas: *βη dicunt Attici, & non βαι vocem ovis* Suidam, quoniam non ſolum Stephanus, ſed Strabo etiam in teſtem producit vetuſtiſſimum eſſe oportet, niſi duos Suidas velis, & oſtendere facile nequeas . Porro ſi *ἦτα* non *i* ſed *e* valeret , quare Euſtathio , quare Suidæ non placet mos Atticorum ſcribendi *per βη* vocem ovis , ſi *η* idem eſſet ac *αι* ?

XII Ex Tradvctione .

Adducunt tandem argumentum , quod ipſi putant validiſſimum : ſemper nimirum Latinos vertiſſe Græcum *ἦτα* in E . At primum ſtudium illud penitus inſpicere eſt , quo viri doctiſſimi plerumque flagrant augendi , minuendi , commutandique externa vocabula , ut *ſignatis præſente nota* nominibus ſermonem patrium ditare , & minus iis , a quibus furati ſunt , debere videantur .

In Etruriam hodie ſi quod a Latio vocabulum divertat , quod unam tantum litteram habeat , illud hoſpitales homines altera donant, Hinc *legge*, *opprobrio*, *peggiore*, *rab-*

 bia ,

a Vide Fabcitium Bibl. *b* Il. B.

bia . Detrahunt autem aliquando litteram si quæ vox est , quæ geminam habeat, aut diphthongo spoliant. Hinc *comun*, *freno*, *frode*, *lode*, *premio* . Quod si hospiti cuidam insigniori geminam permiserint, primam tamen immutant, Hinc *onnipotente*, *letto* , *notte* , quod & apud Ebræos moris erat .

E , AE , OE , LE , sæpe vertunt in IE . nIEgo , mIEle , dIEci , sollIEvo , prIEgo , tIEpido .

A *nEgo* , *mEl* , *dEcem* , *lEvamen* , *prEcor* , *tEpidus* . cIEco , frEno , cIElo &c. *a cAEcus* , *fOEnum* , vel *fEnum* , *cOElum* , vel ut malunt eruditi *cAElum* .

pIEno , chIErico &c. *a pLEnus* , *cLEricus* .

I , A , E , *sæpe in IA* . amAmus , tacEmus , legImus , audImus , *amIAm* , *tacIAm* , *leggIAm* , *udIAmo* .

I sæpe in E :

cEsta , cErchio , lEgare , concEpire , discEpolo , dEttare , contEnere, corrEgere , artEfice , altEzza , chiarEzza, pEsce, nEro, pEro, frEddo, pEgno , pEnna , pElo , sEno , dEgno, sEmplice, nEve, trEnta, sElva, fErmo, lEcito, vEdere, pEppe, mEnomo, lEttera, cEce , bEve , cEtra, mamElla, lEgno cetera , *a cIsta*, *cIrculus*, *lIgo*, *concIpio*, *discIpulus*, *dIctare*, *contInere*, *corrIgere*, *artIfex*, *altItudo*, *clarItas*, *pIscis*, *nIger pIrus* , *frIgus*, *pIgnus* , *pInna* , *pIlus*, *sInus*, *dignus*, *simplex*, *nix*, *triginta*, *Silva*, *firmus* cetera.

E contra in I sæpissime .

DIo , mIo , complIto , agIre , contribuIre , & sexcenta alia. Ere secundæ, vel tertiæ conjugationis vertunt in Ire .

Omnia pæne *d*E vertunt in *d*I , *dIfetto*, *dIletto* , *dIspetto*, *dIsertore*, *dIforme*, *dIsceso*, *dIpendere*, *dIfendere*, *dIchiarare* ; *a dEfectus*, *dElector*, *dEspectus*, *dEsertor*, *dEformis* . &c.

Omnia pæne *r*E vertunt in *r*I , *rIspondere*, *rIferire*, *rImettere* , *rInunziare* ; *a rEspondeo* , *rEfero* , *rEmitto* &c.

Igitur E, AE, OE, LE Latinorum in *ie*, in I in E; pressius ad rem , I Latinorum dico in E vertunt Itali , neque tamen propterea I Latinum E dictum fuisse a Latinis suspicaris : Quid est , quod ἦτα , propterea quia a Latinis in E verteretur , *eta* a Græcis etiam pronuntiatum fuisse arguas , conten-

tendas, & modo non ex Euclide demonstrasse jactites?

Qua ratione efficies, ut ne suspicer Latinos a Græcorum pronuntiatione discedere voluisse? An non hac una suspicione quæcumque a traductione argumenta congesseris, convulsa esse penitus videbuntur? Quid si in litterarum sono constet Latinos a Græcis consulto voluisse desciscere? Pauca ex innumeris, *ταλΑντον* talEntum, *τρΥτΑνΗ* trVtInA, ΒΟσκω PAsco, *κρΑΙπάλη* crEpIdA, *ςραγγΑλω* strangulo, ΑσκλΗπίος AEscVlApius, *ἄρΟτρον* arAtrum, *γΟνΥ* gEnu, *κΟνις* cInis, *Τραγωδία* TragOEdia *Κομωδία* ComOEdia, *θρίαβμβος* triVmPHus, *κέρκυρα* cOrcyra, *όσΤὰ* osSa &c.

Hoc Latinorum a Græcis discrepandi studium pluribus ostendissem, nisi Joannes Buberius hac in re adversarius nobis laborem istum sustulisset (*a*).

Neque silentio sane prætereundum, quod easdem sæpe litteras, diphthongos, atque ipsos spiritus Græcorum Latini efferebant aliter, atque aliter: namque.

Υ"ψιλον modo per I.

Φρύγω frIgo, ςύλος stIlus, ὕλη sIlva, δάκρυον lacrIma &c.

Modo per O Dores imitati.

Μύλη ης mOla æ, νυξ, νυκτὸς nox noctis &c.

Modo per V.

ςύπη ης stVpa æ, κυβερνῶ gVberno, φῦκος fVcus, μύζω mVsso λύκος lVpus, νῦν nVnc.

Modo per Y.

Θύννος thYnnus, κύτισος CYtisus, ἄδυτον adYtum, κύμβη CYmba μύρτος myrtus, ἄσυλος AsYlus.

Ει modo per E Jonum more.

Καισάρεια CæsarEa, Πηνειός PenEus, Λαοδίκεια LaodicEa, Λύκειον LycEum, Πενθεσίλεια PenthesilEa, Εκτόρειος H*ectorEus*

Modo per I.

Σείριος SIrius, Αλεξάνδρεια AlexandrIa, Νεῖλος nIlus, Κροκόδειλος CrocodIlus, εἴδω vIdeo, Είρωνία Ironia, Ἤπειρος EpIrus.

Spi-

Spritus aſper ʽ modo per H,

Ε῾λίκη *Helice* ῥόγχος *rhonchus* &c.

Modo per S.

Υ῾πὲρ *Super*, ἕρπω εις *Serpo is*, ἅλς ὸς *Sal is*.

Modo per V.

Ε῾σπέρα *Veſpera*, οὔενετοι *Veneti* &c.

Vel ipſæ nomenclaturæ, quas a Græcis acciperent, oſtendit, quam ſtuderent Latini a Græcis diſcedere. Parim Græci fere ſemper Α᾽λέξανδρον, raro πάριν, atque id poëtæ dixere. At Latini ſemper *Parim*, numquam *Alexandrum*. Palladem raro Græci, maxime in oratione ſoluta, paſſim Αθηνᾶν vocant: Latini numquam *Athenam*, ſemper *Palladem*. Soli Theſſali olim γραικοί appellati ſunt ab ſuo Rege Γραίκω, (*a*) deinde ἕλληνες ab Hellene Deucalionis Filio, (*b*) qui in Phthiotide regnavit exigua illa Theſſaliæ regione, quæ eſt inter Pharſalum oppidum, & Melitæorum urbem trans flumen Enipeum, (*c*) adeo ut longe etiam ante Homerum ignotum eſſet pœne ipſis Græcis nomen hoc γραικοί novo nomine ἕλληνες latius ſe ſe diffundente in dies: quare ἕλληνες ab Homero ii tantum appellantur, qui cum Achille ad Trojam ex Phthiotide profecti ſunt. (*d*) At Iſocratis ævo (*e*) ita vocabulum hoc ἕλληνες prævaluit, ut illa CCLXXXVIII. nomina, (*f*) unde omnes olim Græciæ populi appellabantur abſorpta fuerint ab hac una voce ἕλληνες: atque ἕλληνες præterea ii etiam vocarentur, qui ad ſapientiam incumberent, quovis eſſent genere aut loco nati-

---

a Plin. lib. 4. cap. 7. & Steph. verbo γραικός. *b* V. Dicearch. p. 179.

c Ariſtot. meteor. l. 1. c. 14. & Strabon. l. 9. pag. 432. & Epoch. vet. in marm. Arundell. & Euſeb. Chron. l. 5. p. 26 & 28. & Eraſm. Vindingium apud Gron. Tom. II. Antiq. Græc. pag. 324. *d* Thucyd. l. 1. p. 3. & Homer. Iliad. 1. ver. 684. & Apollodorus apud Strabonem l. 8. p 370. *e* Iſoc. Paneg. Apud Gron. ibi p. 323.

f 288. populi, qui Græciam, & circa Græciam incolebant diverſis ſinguli nominibus, deinde omnes a ſe ἕλληνες vocati ſunt, nunc ῥωμαῖοι vocantur, a Latinis ſemper Græci antiquo nomine appellati ſunt. V. Gron. Tom. II.

nati (*a*) Nata & adulta Ecclesia ἕλληνες ii vocabantur, qui neque recutiti essent, neque aquis lustralibus expiati. At postquam Constantinus Imperii Sedem Constantinopolim constituit, eamque *Novam Romam* (*b*) appellavit, omnes quotquot Orientali Imperio, exactisque Imperatoribus quotquot Orientalis Ecclesiæ legibus, ac ritibus addicti fuerunt non jam Γραικοὶ, non ἕλληνες, sed Ρωμαῖοι vocati sunt, hodieque vocantur. (*c*) verum enim vero Latini τὺς Ρωμαίυς nunc, antea ἕλληνας antiquo illo, cariosoque nomine *Græcos* appellarunt, quo longius possent in eorum appellatione ab eorum loquendi, & vocandi consuetudine recedere.

Quid si studium omnibus hoc nationibus insitum est, ut quæ peregrina sibi adsciscant vocabula detorqueant? Quid est Græcis ποσειδῶν *Neptunus*, nisi Punicum *Pesitan* (*d*) idest *latus* & *expansus*?

Quid *Italia* aut ιταλία, nisi Phœnicum *Itaria*, idest *picearia*? (*e*) quid ἥφαιστος Vulcanus, nisi Chaldæorum *as-osto Pater ignis* (*f*)?

Vnde Τένεδος nisi ab Phœnicum *tin-edom* Insula luti rubri (*g*)? unde ἀρυσία nisi ab *bar-ros-jain mons capitis vini* idest *vini excellentissimi* (*h*)? Vide quomodo proferant Galli ea vocabula quæ ab Italis, Hispanis, Alamannis, Danis, Belgis, Batavis, Anglis in suam linguam derivant [*i*]. Vide quæ Tur-

---

a Hesych. verb. ἕλληνες. Joseph contra Appion. l. 5. ex Aristotele apud Clearchum, Aristoteles enim Judæum quemdam vocat ἕλληνα μηκέτι τὸ γένος, ἀλλά καὶ τὴν ψυχήν.

b P. Gylius Topogr. Const. l. 2. cap. 2. apud Gronov. Tom. 6. pag. 3255.

c Quotquot Græcos vulgo vocamus, in Græcia non Græci, non Helleues, sed ῥωμαῖοι appellantur & a seipsis, & ab exteris, præterquam quod a Turcis *Gkiaurlàr* vocantur idest *Infideles* vocabulo omnium Christiauorum. Vix aliquem invenias ex Græcis etiam vetustissimis qui hoc nomine γραικὸς usus sit: quod ego sciam solus Callimach. & Cassandr. in carmine, & quidem de iis solis loquuntur, qui Phthiotidem incolebant, & soli *Græci* vocati sunt longe πρὸ τῶν τρωικῶν.

d Boch. l. 1. c. 1. p. 10. *e* p. 661: *f* 422. *g* p. 417. *h* p. 415.

i V. P. Besnier S. I. Præf. præfixam ante Diction. Etym. Linguæ Gallicæ.

Turcæ a Græca mutuantur,ut *kIramìs* a *κέραμος* testa Panaìr a πανήγυεις conventus sollemnis. ab Itala *mAmmelle* mEmmellèr, a *somma* sEmèr. Ecquis linguas omnes, aut vocabula recenseat? omnes igitur populi peregrinas litteras vix limen ingressas, hospites sibi imperiose prosternunt, obluctantesque corrumpunt, Latinos solos ita castos fingemus, ita pudicos ut ἦτα Græcorum intactum, itaminatumque servaverint?

Non acquiescit Mirtisbus, & cum a barbararum litterarum traductionibus imbelle, tum ab ἦτα in *e* per latinos traducto validissimum argumentum peti contendit, quod constans sit hujusmodi traductio in E, quod *vix e millenis una vox est, quæ a regula communi recedat*. (*a*) At quam constans *sit*, *ac communis hæc regula videamus*.

CAPUT VII.

ἦτα Græcum non semper in E longo a Latinis verti.

I. HʼTA in ĕ. breve traducitur a Latinis.

Patĕr, *Matĕr*, *Fratĕr*, *Calpĕ* &c.

Æquŏra transiliet, *sed longe calpĕs relicta* (*b*).

a Πατὴρ, Μητὴρ, Φρατὴρ, Κάλπη.

II ἦτα in IA.

ThracIA, HippodamIA, CatanIA, PhœncIA

a Θράκη Ιπποδάμη, Κατάνη, Φοινίκη.

III ἦτα in I.

DelIro, sIgnum, genItus, domItus &c.

a ληρῶ, σημεῖον γεννητὸς, δμητός.

IIII ἦτα in O & quidem breve.

Κῆρ cor, sic Cicero ex Homero (*c*),

Ipse suum cor edens, *hominum vestigia vitans* (*d*).

Ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

V ἦτα

a Pag. 35. *b* Juven. sat. 4. *c* Iliad. ζ. *d* Tuscul. 3.

V. ἦτα in A.

ſAmA, plAgA, mAchinA, lAna, eclogA, MuſicA &c. AφHμH, πλHγH, λHνός, ἐκλογH, MυσικH.

Si plurimas earum vocum demas, quas integris plauſtris convectat P. Giraudeau, Eccleſiaſticas quidem illas, & everſo Latio corruptas potius, quam natas, profecto longe pluries in A vertebatur a Latinis veteribus ἦτα, quam in E.

At, inquies, Latini dum ἦτα in A verterent Dores imitabantur. Do, & concedo, ſed hoc ipſum quod Dores potius imitarentur Latini a communis Græciæ pronuntiatione diſſidere voluiſſe clarum eſt.

Deinde ἦτα Dores vertebant in A (a) πλάγα, φάμα, ἐκλογα, pro πληγὴ, φήμη, ἐκλογὴ, neque propterea τὸ ἦτα valuiſſe A dicis: ecquid igitur ἦτα valuiſſe E contendis, quia in E a Latinis traducerotur? Græci a Græcis & ſono, & littera diſcrepare poterant; Latini a Græcis non poterant?

Quid ſi hoc Latinorum ſtudium a Græcis in pronuntiando ἦτα diſcrepandi non modo veſtigamus, atque odoramur, ſed ipſis in cubilibus deprehendimus, tenemus, perſpicimus? Nemini ſane dubium eſt ſaltim a duodecimo ſæculo, ἦτα in Græcia non *E* ſed I audiviſſe: Euſtathio tam aperte id teſtanti fidem abrogare nefas. Iam vero C. *BEſſarion* Nicænus decimo quinto ſæculo vixit: Dionyſius III *MuſelimEs* Lariſſæ metropolita anno CIↃIↃLXXI ad Conſtantinopolitanum thronum evectus eſt. [*b*] Tota quidem Græcia μυσηλίμης, Βησσαρίων MuſelimIs, VIſſarion auditi ſunt. Quare igitur ἦτα in E converſo Latini *MuſſelimEs*, *bEſſarion* dixerunt? Notiſſimæ etiam num ſunt hodie in vrbe Chio familiæ Græcæ ΚορέσHς, σέψHς, σκρινHς, σκυλυμβρHς, ac ſemper *CoreſſIs*, *SepsIs*, *ScrinIs*, *ScuIumbrIs* auditum eſt; & tamen tum in Epiſtolis Chii ſcriptis anno CIↃIↃLXXX ad Theodoſium Zygomalam Protono-

 ta-

a Lege Inſcriptionem Corcyræam in eruditiſſimo libello Em. C. Quirinii de Primordiis Corcyræ. *b* Le Quien T. 1.

tarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ, tum in testamento τῆς κορέσσας, dictæ vulgo ἡ πιλῦ, quæ fuit uxor τῦ μακαρίτυ Silvestri Missnilangi, ipsi sua propria manu subscripserunt Αντώνιος Κορέσης, Δημήτριος Κορέσης, Λύκας Κορέσης, Ιώαννης Κορέσης, Νικολᾶος Κορέσης, σαμάτης Σκεχνὴς, Αντώνιος Ψιακὴς, Νικολᾶος Σκυλυμβρὴς, Νικολᾶος Παραδείσης, & tamen Martinus Crusius quamvis Chii aderat, & ἦτα in hisce nominibus I a Græcis pronuntiari audiebat, tamen per E omnia ista nomina interpretatus est (*a*) *ParadisEs*, *sculumbrEs*, *PsiacEs*, *sepsEs*, *CoresEs*. An non satis inde aperta est, nostra Latinorum libido Græcæ pronuntiationis detorquendæ?

At *revellendæ* penitus *ex pulmonibus* Erasmianorum *aviæ istæ* (*b*). Latini veteres in E vertebant ἦτα. Peto: E apud Latinos quid sonabat tum temporis? E, ait Fabius, ita veteribus pronuntiatum est, ut utrum E audisses an I ignorare liceret. (*c*) Hinc illa *ManI*, *CamIna*, *MelpomIne*, *Inormis*, *penItro* pro *ManE*, *CamEna*, *MelpomEne*. *Enormis*, *Penetro*. Contra *MEnerba*, *lEber*, *herE*, *navEbus*, *quasE*.

Consuetum enim inquit Gellius, [*d*] *veteribus fuit* E *&* I *uti indifferenter*. Quid igitur Terentianum Maurum, quid Ausonium, quid ipsum Sanctum Augustinum vexatis Erasmiani, quod ἦτα per E efferrent, quum ipsum E teste Eruditissimo Lipsio *in tantam exilitatem devenit*, ut *tandem in* I *transierit*? Quum E *quoque loco* I *fuit* Quintiliano teste? [*e*] Haud facile hinc pedem referes.

Obruendi penitus sunt. E Latinis id valuerit quod hodie *E*: vide quam sim liberalis. Quid ita? Adverte mentem. Hujus nunc argumenti vim omnem infringam. Illud tamen prius scire est. AEoles dictos esse non Græcos omnes, sed Doriensium Coloniam illam quæ Vulcanias Insulas

---

a Mart. Crus. Turc. p.311., & 313., nec semel reperit. *b* Pers. Sat.5. v.29. *c* Inst. Or. l. 1. c. 6. *d* Noct. Att. l.10. c. 24. & l. 5. c. 21. *e* l.1.c.6.

ſulas incoleret, parva quidem manus, neque adeo inter Græcos ſpectabilis, quippe qui Italiæ potius viciniores a gracilitate illa Græcorum, & tenui loquendi norma ad dilatandas Italorum more litteras ita deflexerunt, ut *πλατόςομοι* ideſt *oris, ac labii diducti* per contemptum a Græcis appellarentur. Quare, factum eſt, ut, Homerum ſi demas qui fuit *παντογλωσσότατος*, qui AEolidum lingua uſus ſit præter Sappho, & Alcæum reperies neminem, quod ego ſciam.

AEoles itaque anguſtum illum ſonum, atque exilem, quo *i* proferimus oderant: quare *E τὸ πλατυςομίζον* deperibant: illud initio vocum, & unde poſſent repellere litteram *ὐ*, *ει*, *ἰῶτα*, *ἦτα* ſuum *E* conlocabant. Hinc illis *ἔδωρ ἐγέρρ'ω*, *ἀδέκαςον*, *τίθαιμι*, *μιμναίσκαι*, *ἄρες*: pro *ἄρης mars μιμνήσκω memini*, *τίθημι conloco*, *ἀδίκαςον injudicatum*, *ἐγείρω excito*, *ὕδωρ aqua*. Jam ſentis ictum. *Ex Græcis orta* vocabula, inquit Fabius, *plurima ſunt*, *præcipueque AEolica ratione, cui eſt ſermo noſter ſimillimus* [a]. Expectas ut victor quaſi ex equo Trojano in Eraſmianos irruam? Auſonius, quem jam Sinonem eſſe nemo ſuſpicatus eſt, pandit clauſtra.

ἦτα quod AEolidum, quodque E *valet*, *hoc Latiale* E.


An eget interprete? *e* Latiale eſt *ἦτα*, non Græcorum ſed AEolidum, quodque *e* valet ipſis. *ἦτα* igitur Græcis reliquis non ſonabat E. *Omnis enim exceptio fundat regulam in oppoſitum*, ut ajunt.

Te miror doctiſſime Sarpedonie, & eos, quorum tu fontibus hortulos tuos irrigaſti, hæc prius non perpendiſſe animo, neque accurata æſtimatione cum Eraſmianis *ratiunculis* libraſſe, quæ Simoni Portio *Chimericæ*: *turpes*, *ac miſerrimæ* Joſepho Scaligero acerrimi ingenii viro viſæ ſunt. Claudius autem Salmaſius vir emunctæ naris & in paucis eminens poſtquam Eraſmi commenta, quæ ad profligandam veterem *τοῦ ἦτα* pronuntiationem excogitaverat, per-

I 2 legit

a Inſt. l. 1. c. 10.

legit ita hominem pæne popularem excipit *ſemidocti hodie male opinantur* ἦτα *E* pronuntiandum eſſe, quum veteres *ἦτα ut ει & ἰῶτα pronuntiarent. ie lis*, inquit MSs. Menage, *& prononce le grec* (*a*) *de la maniere, que toute la Grece le lit, & le prononce. Il ſeroit bon, qne ceux, qui liſent, & qui prononcent autrement fuſſent fondez en autoritè particuliermcnt pour la prononciation de la* ἦτα. *Ie leur demande, s' ils veulent s' oppoſer a un uſage reçu par toute une Nation, qui s' entend mieux elle meme avec l' irregularitè, qu' ils lui reprochent, qu' ils ne s' entendent entre eux avec leur reforme:... Il y a de la prevention, & de l' entetement.*



PARS.

(a) Menag. 1. pag. 337.

PARS III.

De reliquis litteris, ac diphthongis.

CAPUT I.

De Βῆτα.

Βῆτα Græci, dum vernacula utuntur plerumque ita proferunt, ut suum Itali B. At duriuscula hæc pronuntiatio a templis, ac gymnasiis Græcorum prorsus exulat. Ejus vero loco, V consonans Latinum auditur. Neque est quod novitatem hic suspicere.

Videas enim apud Suidam V latinorum consonante passim in Βῆτα translato Βενετιάνον, Βεσπασιάνον, Κορβῖνον. apud Balsamonem (a) φυρτίβα, βιποσέσα, κόμητος πριβάτων. pro *Comitis privatorum*, *vi possessa*, *furtiva*. (Nota τὸ κόμητος.)

Apud vetustiores Patres Φλάβιος, Βίκτωρ, Βαλέριος, Σιλβανός, & indiscriminatim Φλάυιος, Ουίκτωρ, Ουαλέριος, Σιλυανός.

In Inscriptionibus demum βήτιον, βέργα, βινδίκτα, σαλίβα.

In Nummis ΦλάΒιος passim φλάυιος; & Φλάυιος. Integra plaustra habes apud Meursium, Occonem, Cotelerium, Petavium, Labbæum.

At Cratinus ovium vocem expressurus B utitur. Oves autem non *ve* sed *be balant*. Ita sane, sed aliam litteram, quæ ad vocem pecudum propius accederet, non habebat. Peto enim ab Italo Calligrapho, scribat suis litteris Gallo dictante *Jesus*, *Beniamin*, *Judex*: Rutheno *Imperator*, *Deus*. *Aqua*,

a. Fuit Patr. Antioch. Sæculo XII.

Aqua: Turca, *oculus meus*, *Thesaurus*, *aurum* : Persa *Calendarium*, *habeo*, *caput* scribet ille: *Tzer*, *dar*, *Rusnamè*: *altùm Chasnè*, *ghiosunùm*, *Czar*, *Bog*, *Veda*, *zesù*, *Bensamen*, *Endex*. Sed si sua scripta velit legere, sibi etiam ridiculus esset; tamen melius scribere non poterit.

Sed Latini, inquies, Βῆτα in B, non in V vertebant. Primum nego: unde enim *vad*. nisi a Βάδω? unde *vita*, *vis*? *volo* nisi a Βέλομαι, Βία, Βιος? Deinde jandiu apud Græcos Βῆτα in litterali lingua profertur v consonans, cur Latini Scriptores in B vertunt nisi quia Alphabeti ordinem potius, quam litterarum sonum sequendum putant? Num testes desideras? Plenæ sunt Recentiorum Interpretationes.

Verùm age, amabo, ostende quid B latinis veteribus sonabat? ut nunc profertur B, an ut V consonans? Credibile ne, ais, B & V fuisse Latinis unisona? qui possent scripto Calligraphi vitare confusionem? Dico primum: recte scribendi rationem non auribus, ut inquit Tullius (*a*) *sed litteris*, *doctrinaque puerili* tradi solitam. Deinde confusionem dico revera non fuisse sublatam. Vt enim omittam *vaptizo*, *DanuVius*, & sexcenta alia, vetustissimis in marmoribus, ac Numis nusquam non obvia *BalBæ*, *Berna*, fatum *acervum*, *Berum*, *probaBerit*, *Bessica*, *PrimitiBus*, *siBe*, *CiBica*, *Bixit*. Via *LaBicana*, *CaBea*, *AlBeum*, *VniBersus*, *Venemeritus*, *Vasis*, *ProBincia*, lege Lipsium, Gruterum, Reinsium, Fabretum, Sponium, Salmasium, Casaubonum, ipsum Strabonem, Herodianum, Livium ceterosque Græcos, & Latinos, quibus B & v latinum idem est, ac Βῆτα Græcum. Siquid autem pregrinum lubet scire, vide orationem Danielis Meyer habitam Basileæ anno CIƆIƆCLXXX ubi late probat: *Vau* Hebraicum, quod v consonans semper valuit in Βῆτα a Græcis fuisse translatum. Quare Βῆτα Græcum ad B Latinum ut num ab Italis, Anglis, aut Gallis profertur detorquere velle, hominis est, teste Scaligero (*b*) Eruditione, & ingenio suo abutentis.

De-

a Orat. l. 4. *b* Scalig. p. 31.

Demum si dicamus B Latinis veteribus eodem modo prolatum, ac nunc ab Italis, jam rem confeci. Quintilianus etiam cum jucundius litteras suas a Græcis, quam a Latinis suas proferri dicat, tum præcipue Latini B asperitatem queritur quam, inquit ut mollirent veteres aVersa pro *aBversis* dixerunt (*a*) Veteres igitur Juvene Quintiliano cum B mollire vellent, & ad Græcorum Βῆτα pertrahere, illud in *V* vertebant, vel potius illo sublato *V* consonans tantum proferebant. quid clarius?

C A P U T I I.

De Γ, *ceterisque litteris*.

VNus, inquis, tu doces γ valere j Consonans, quum reliqui semper Grammatici per *g* efferant. At *g* profecto aliter proferri a Gallis audio, aliter a Belgis, aliter ab Hispanis, aliter a Germanis, aliter ab Anglis, aliter ab Italis, atque adeo inter Italos ipsos ab Etrusco aliter, aliter a Veneto. Quæro nunc; Grammatici, quum γ valere *g* docent, quem sonum ex omnibus intellectum volunt? Illos ego certe indiligentiæ non damnem, sed meam hac in re diligentiam desiderari nolo.

Γ præpositum vocali *E* vel *I* facienti sonare, ut *j* consonans nunc ab Italis profertur, cum in Templis, tum in Scholis apud Græcos omnes certum est: Quamvis in vernacula sonet ut *g* Italorum, si vero vocalis sequatur faciens *a*, *o*, *u*: tum sonat *g* potius ut apud Alamannos.

Si autem sequatur γ, κ, ξ, χ: ut *n* proferri vel ex Traductione, quæ tanti habetur Erasmianis, liquet: unde enim *ANgelus*, *ClaNgo*, *ANcora*, *LariNx*, *aNgo SphiNx*, *LyNx*, *DiphthoNgus*, *ANgaria*, nisi ex Ἄγγελος, κλάγγω, Ἄγκυρα, λάρυγξ, αγχω, σφίγξ, λύγξ, δίφθογγος, Αγγα-

a L. 12. c. 10. Inst. or.

γαρία ? Opportunius autem Græcorum ſonum efferri per ngk patet ; *ng* non ſufficit , quum non eundem apud omnes habere ſonum notum eſt . Huic demum pronuntiationi ſuffragatur Voſſius, & late probat ex Nigidio,& Victorino. (*a*) nec video cur ridiculum videatur aliquibus eandem litteram in diverſa poſitione mutare ſonum, quum id omnibus linguis ſollemne eſt ?

Ypſilon valuiſſe olim *u* vocale voluit (*b*) Pius Manutius , quod *μῦς*, *σῦς*, *δύο* Latini *duo* , *mus* , *ſus* dixerint . At quum longe pluries in *i* verti adverterit P.Giraudeau *malim* inquit *ego ὑ ut y pronunciare* I (*c*). Ipſi Græci *i* peregrinum ſæpe vertebant in *ypſilon* . A Melæna Chii Promontorio ad occaſum ad VIII.M.P. iacet ignobilis Inſula *ἡ ψύρα* , ut vult Stephanus , vel *τὰ ψυρὰ* ut Strabo ; (*d*) at unde niſi *a bſira* Phœnicum , Arabum , ac Chaldæorum *contemptibile* ? *λαμβάνεται* enim ait Stephanus *τὸ ὄνομα ἐπὶ εὐτελείᾳ* *ſumitur nomen a vilitate* .

De *jucundiſſima Pronuntiatione* litterarum ζ , δ , quas aſperius pronuntiari a Latinis auctor eſt Quintilianus (*e*).aſpiratarum , conjunctarumque,conſonantium molliſſimo ſono nihil addo , præter Græcorum omnium hac in re conſenſionem , & Quintiliani auctoritatem , qui (*f*) cum nihil dulcius græcis litteris ſpirare , tum latinis litteris exprimi poſſe pernegat : Si enim δ , ut *d* , ζ , ut *z* , β , ut *b* , & reliquas latinorum more efferre velimus, neſcio , cur latinæ litteræ *duriorem ſonum* (*g*) habere dicantur . *Velle* enim *ſingula perſequi hominis eſt cum miſeri* , *tum in minimis occupati* .

CA-

a l. 19. c. ult. *b* In Parergo . *c* l. 1. c. 2. *d* Strabo l. 14. *e* l.12.c.10. *f* ibid. *g* Latina elocutio eſt ipſis ſtatim ſonis durior, quando & jucundiſſimas ex Græcis litteras non habemus . Ibi circa med.

C A P V T III.

De Diphthongo αι.

LItterarum ordinem ſecutus neceſſe habeo omnem alium ordinem interturbare : quam enim defendimus , pronuntiatio ita ſibi conſtat , ut ſæpe una vocula plurium litterarum ſonus comprobetur . Quare dabitis veniam opinor , ſi nullam Chronologiam, nullum temporum , aut argumentorum modum tenebimus,ſi eoſdem Auctores, immo eadem verba in medium ſæpe proferemus .

I αι *pronuntiatum* μονοφθόγγως

Michaël Glycas græcarum litterarum *ſollertiſſimus indagator* teſte Labbæo (*a*) , Nicetam Conſtantinopolitanum Præſulem ſub Copronimo ut Græcæ litteraturæ , ac pronuntiationis expertem oſtendat,hæc narrat: (*b*) μηδὲν ἄλλο εἰδὼς πλὴν ἐσθίειν καὶ πίνειν . . . τὸ Ευαγγέλιον ἀναγινώσκων ἀντὶ τοῦ (ἐκ τοῦ κατὰ Ματτθαῖον) εἰπεῖν , (ἐκ τοῦ κατὰ Ματτθαϊον) ἐξεφώνησεν , ἐφ' ᾧ καὶ τίς τῶν περιεςαμένων εἶπε , μὴ διάιρει τὴν αι δίφθογγον . Nicetas iſte natione Sclavus , rudis ineptus , & eviratus (*c*) *nihil aliud doctus* , *niſi comedere* , *& bibere* . . . . . . *Evangelium cum modularetur* . (intra ſuum cubiculum , *non dixìt ſecundum* Matthæum , *ſed ſecundum* Matthaïum . *Ad hæc quidam ex iis* , *qui* aderant , *Noli* , inquit , *diphthongum ſolvere* . Ergo non ſolvebatur , ſed conjunctim jam tum efferebantur Diphthongi amplius mille anni ſunt .

II αι *valebat* E

Baſilius M. (*d*) πᾶσα λέξις , inquit , ἀπὸ τοῦ θε διὰ τοῦ ἐψιλὸν γράφεται . πλὴν τοῦ θαιρός , θαιμάν . *Omne vocabulum*, *quod incipit a* θε *ſcribitur* per Epſilon *præter* θαιρός *cardo* ſeu *axis*. Rurſus (*e*) πᾶσα λέξις ἀπὸ τοῦ νε καὶ χε διὰ τοῦ ἔψιλον γράφεται

πλὴν

---

a In Præf ad Glycam . *b* Annal. par.4. pag.284. edit: Pariſ. in Typog. Regia ann. 1660. *c* obiit ann. 780. *d* Ἐρωτήμ p.595. ut eſt apud Vveſthenium. *e* Ibi p. 610.

πλὴν τοῦ ναίω, χαίρω. *Omne vocabulum, quod incipit a* νε & χε ſcribitur per Epſilon præter ναίω habito *poëtis*, χαίρω *gaudeo*.

Porro ſi αι aliter ſonaret, ac ἒ-ψιλον idem eſſet, ac ſi diceret: *Omne vocabulum, quod incipit* a Be *ſcribitur per* E: verum excipe Bubus. Quis riſu non corruiſſet?

Addo lucentiſſimum Theonis ſophiſtæ Alexandrini teſtimonium. (*a*) Hic inter amphilogias ἀσαφῆ ποιούσας τὸν λόγον, quæ nempe *dubiam efficiant Orationem* hanc præcipuam conlocat. παῖς οὖσα *quæ eſt puella* & πέσουσα *quæ cecidit*. At quæ amphilogia ſi ſolvas diphthongos? Alterum *Païſouſa*, alterum *Peſouſa* audiretur.

At omnium apertiſſime loquitur Joannes Grammaticus; nam οἱ αἰολὶς ait τὰ εἰς αις μονοσύλλαβα διαιρεῖ, οἷον παϊς, δαϊς ἀντὶ τοῦ δαῖς παῖς, *AEoles ſolvunt monoſillaba* αις, in αϊς. Ergo παῖς δαῖς diphthongus eſt monoſillabon. (*b*)

Et ne peregrina deſint ex Chaldæo *ThEman*, *BEthoràn Elìm Etham* vertunt οἱ ὁ θαιμὰν (*c*) βαιθωρὰν (*d*) αἰλεὶμ (*e*) αἰθάμ (*f*) At τοὺς ὁ & Calligraphos doctiſſimos, & ſatis veteres eſſe pueri etiam norunt.

Maja, inquis, & *Ajax* a Græca diphthongo αι non *Mea*, & *Eax* dicimus. Satisfacit Priſcianus (*g*) *Quoties in Græcis diphthongis fit apud nos* διάιρεσις *ut Ajax*, *Maïa*, *Troja*, *eja* &c. in hoc AEoles ſequimur. Erit ergo judicatum, quomodo ceteri Græcorum Diphthongos pronuntiarent. Sed ad ſingulas.

Ai Græcum, dices, ut ai Latinum ſonabat in pictaï, aulaï, auraï. Negat Quintilianus (*h*) *ai*, inquit, *quidam ut Græci efferebant*, *quidam ſingulariter tantum*, *cum in dativum*, *vel genitivum caſum incidiſſent*, *unde pictai veſtis*, & *aquai Virgilius vetuſtatis amantiſſimus*. Verum Archaïſmum hujuſmodi vel ipſi ἀρχαιότατοι ejurarunt.

CA-

---

a De narrat. p. 35. Edit. Baſileæ in octavo. *b* Ioan. Gram. de Dialectis. *c* Gen. 3. 1. & 32. *d* Joſ. 17. 11. *e* Ex. 16. 7. *f* Ibi. 6. 42. *g* L. 1. Gram. p. 30. *h* Inſ. l. 1. cap. 7.

CAPUT IIII

De *αυ*, & *ευ*.

Diphthongum istam ita pronuntiant Græci in Templis, & scholis ut *av* Latini in hac voce *cave*. Ita a veteribus pronuntiatum fuisse testatur Tullius.(*a*) *Quum Marcus Crassus*, ait, *exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens* Cavneas *clamitabat*. *Dicamus si placet monitum ab eo Crassum* caveret, *ne iret*. *καυνέας* igitur ille ita clamitabat, ut Crasso dicere videretur cave ne eas.

Quid plura? *Αυ*, & *ευ* incorrupte a Græcis hodie proferri testatur ipse Pius Manutius (*b*) hac in re non amicus.

Dices si ypsilon in hisce diphthongis valet V consonans, jam non erunt *diphthongi*, quæ gemina vocali constant, non consonante, & vocali. Sed Græcorum consensio nupero Tullii testimonio comprobata major profecto est, quam ut ingeniosa ista conclusiuncula lebefactari possit.

Qui autem *αυ*, & *ευ* Græcis *af* & *ef* pronuntiari dicit, videat ne non perpugatas omnino habeat aures; namque *υ* consonans cum *κ*, cum *χ*, cum *τ* conjunctum ad *f* videtur accedere, etiam si nolis, sicut in Latinis vocibus *absens obtineo abstineo observo secundam litteram B*, ait Quintilianus, (*c*) *ratio poscit*, *aures magis audiunt* P. sic *emtus*, *sumtus demtus* etsi nolis ita tamen pronuntias, ut *emtus sumptus demptus* proferre videaris.

---

a 2. de Div. *b* In Parergo. *c* Quint. 1. c. 7. V. Grut. p. 436. & 703. & Cellarium de Orthogr. pag. 20.

CAPUT V.

Ει *unionum esse cum* ἦτα, *&* ἰῶτα.

BAsilius iterum: *πᾶσα λέξις ἐν ιϛὸς διὰ τῦ. ἰῶτα γράφεται οἷον χριϛὸς, πιϛὸς· πλὴν τῦ χρηϛὸς σειϛὸς ἄπειϛος* (*a*). *Omne vocabulum desinens in* istos *scribitur per ἰῶτα ut χριϛὸς unctus, πιϛὸς fidus*. Excipe *χριϛὸς bonus σειϛὸς mobilis. ἄπειϛος* infidus.

Ει *Græcum Latini per* Ι *reddunt*.

Quid quod Latini in I simplex vertunt diphthongum ει? Vnde enim *Nilus*, *Alexandria*, *Samaria*, *Basilius*, *Idolum*, *Idea*, *Latria*, *Chirurgia*, *crocodilus*, *Nicomedia*, *Arius*, nisi a Νεῖλος, Αλεξάνδρεια, Σαμάρεια, Βασίλειος, εἴδωλον, ειδέα, Λαζεῖα, χειρυγία, Κροκόδειλος Νικομήδεια, Α'ρειος?

Latinum I *vertunt Græci in* Ει.

Hinc in nummis apud Occonem: Αντονειυος, Σαβεινος, Αγειππεινα, Μακρεινος, Πλωτεινος, Μαξιμεινος, & alia nusquam non obvia.

A Chaldæo etiam *iki* ειχη frustra.

icun	εἰκών	imago
aspir	σπεῖρα	cohors
clide	κλεῖδες	claves
chimùn	χειμών	hiems.

Calligraphorum etiam hic errores juvant.

In vetustissimo Sacro Codice Oxoniensi.

(*b*)	δῖ	pro	δεῖ	*oportet*
(*c*)	ἀπέϛιλαν	pro	απέϛειλαν	*miserunt*.
(*d*)	δίραντες	pro	δείραντες	*excoriantes*
(*e*)	ἐξελθῖν	pro	ἐξελθεῖν	*egredi*

In

a Pag. 610. b Actor cap. 16. 30. c Ibid. 35. d Ibid. 37. e Ibid. 38.

In Codice Aldi.

(*a*)	Χερεβεὶμ	pro	Χερεβίμ	*Cherubim.*
(*b*)	Σεμεεί	pro	Σεμεΐ	*Semei*
(*c*)	Κείς	pro	Κίς	*Cis*

In Romano, & Alexandrino.

(*d*)	λεῖα	pro	λία	*Lia*
(*e*)	λευεὶ	pro	λευί	*Levi*
(*f*)	Βενιαμεὶν	pro	Βενιαμὶν	*Beniamin*

In Basileensi.

(*g*)	ἐγείρεται	pro	ἐγήρεται	*excitatur*
(*h*)	μόνειν	pro	μόνην	*solam*

Et κηρύσιν quaterno mendo pro κυρήσσειν *vulgare.*

In Vsseriano.

Ἰαείρε	pro	Ἰαίρε	*Jairi*
Βενιαμεὶν	pro	Βενιαμὶν	*Beniamin*

Si etiam Profanos Thucydidem, Platonem, Xenophontem, Aristotelem adeas nusquam non occurrent errores, quæ ad rem faciant,

	εἱμᾶς	pro	ὑμᾶς	*vos*
	εἶρις	pro	ἶρις	*Iris*
	τειμήσατε	pro	τιμήσατε	*honorate*
(*i*)	βλάβεις	pro	βλάβης	*detrimenti*
(*k*)	πόλι	pro	πολει	*urbi* (*l*)

Vt ne putes recentiorum esse hoc vitium, qui ἦτα cum ἰῶτα cum ὗψιλον, cum οι, cum ει miscentes, omnes istas litteras etiam scribendo perturbent, monet Philemon antiquissimus, ob soni ταυτότητα omnia ista etiam suo ævo fuisse permixta (*m*).

Summam addit Tullius (*n*) nam βίνει, vel βίνει Græcis auri-

---

a Gen. 10. *b* Exod. 6. *c* 1. Par. 2. *d* Gen. 29. 16. *e* Ibid. 34. *f* Ibid. 35. 18. *g* Mat. 10. 27. *h* Ibid. 11. 11. *i* Κυρ. παιδ. 4. p. 52. ex Henr. Xenop. *k* Pag. 256. *l* Vide Cotelerium, Suidam, Hesychium, Casaub. Petav. Salmas. In Herod. Attic. & omnes passim Interpretes. *m* Vide Porphyrium εἰς τὸν Ὅμηρον. *n* L. 9. Ep. 22.

auribus obſcenam vocem pudicam eſſe Latinis contendit illam eandem. Βίνει ergo Græcum, vel Βείνει ac Bini Latinum uniſonum eſt.

Fortaſſe, inquit, Latinis etiam erat *Binei*, ut *puerei mendacei furei*. Scio hoc verum Quintilianus (*a*) aperte docet *e* ad *i* conjungi non pronuntiationis cauſa, ſed ſolum caſus, numerique diſtinguendi. *Sed ſupervacuum*, inquit, *eſt*, *quia I tam longæ*, *quam brevis naturam habet*, *tum incommodum aliquando : nam iis*, *quæ proximam ab ultima litteram E habent*, *& I longo terminabantur*, *illam rationem ſequentes utemur E gemina*, *qualia eſſent* argenteei, aureei. *Idque iis præcipue*, *qui ad lectionem inſtituentur etiam impedimento erit*, *ſicut in Græcis ἰῶτα ſubſcriptum in* ληιςῆι, *ideſt* ληςῇ. Jam vero ſi *ei* aliud ſonaret quam *i* nec *impedimento eſſet iis*, *qui ad lectionem inſtituentur*, neque *incommodum*, neque *ſupervacuum*.

Terentianus aliam hujus orthographiæ cauſam adfert: *e*, inquit, *cum* i *non erit neceſſe copulatus ſcribere*, *niſi ſubeſt ratio*, *aut origo nominis*, ideſt niſi id fiat diſtinguendi caſus, aut numeri, aut etiam etymi oſtendendi gratia. Hinc eos culpat qui *deico*, *ubei*, & ſimilia ſcriberent, quum nulla ſubſit cauſa nec originis, neque diſtinctionis. Nec tibi negotium faceſſat, quod *ei* a Quintiliano poſitum dicatur pro *i* longo; quaſi aliud ſonaret *I* longum, aliud breve: nam paullo ante ipſe dixit quaſdam voces apice non eſſe notandas, quamvis eſſent longæ, alias notandas eſſe, ut *malus* arbor & ſimilia. Non igitur omnis ſillaba producta ſono diſtinguebatur a brevi: ſi enim diſtingueretur omnis longa ſillaba a brevi, non eſſet ineptiſſimum apice notare omnes natura, non poſitione longas. Nam ſi A in ablativo aliter proferretur ac in recto, aliter ante geminam, aliter ante unam conſonantem, æque ſcribendum eſſet, casǐda, molâris, haſtâ, ne ſcilicet ii, *qui ad lectionem inſtituerentur* efferrent haſtă, molăres, caſsida. Sed pro-

a Inſt. or. l. 1. c. 7.

propius ad rem : si *i* longum natura sono differret ab *i* brevi , non *supervacuum* , sed necessarium esset notare *e* aut *apice* , aut *alio signo* ; ut posset , qui ad legendum institueretur illud aliter legere , ac proferre ? Sed Quintianus (*a*) apertissime loquitur : Nam *ai* inquit *scribi non proferri proletarii sciunt* : atque idem dicit mox de *oe* . *oe* inquit *scribendum non proferendum omnes edocent* . Vide hac de re utrumque Scaligerum (*b*) .

CAPUT VI.

De Diphtongo οι

BAsilius (*c*) πᾶσα λέξις ἀπὸ τῦ κυ καὶ χυ διὰ τῦ ὔψιλον γράφεται οἷον κυψέλη, χυσὸς, πλὴν τῦ κοῖλον χροιὰ, χρηςὸς, χειςός . *omne vocabulum incipiens* a κυ , aut χρυ , *scribitur per* ypsilon *ut* κυψέλη *Alveare* , χρυσὸς *aurum* : *Excipe* κοῖλον *vacuum* , χροιὰ *color* , χρηςὸς *bonus* χειςὸς *unctus* .

Itaque οι idem valet ac ἦτα , ἰῶτα , οι . Id quoque Nos errores docent .

In pervetusto Codice apud Vesthenium videas .

(*d*)	ἄρτυ	pro	ἄρτοι	*panes*
(*e*)	δίκτοια	pro	δίκτυα	*retia*
(*f*)	ληπαὶ	pro	λοιπαὶ	*ceteræ*
(*g*)	ἡτυμασμένη	pro	ἡτοιμασμένη	*parata*
(*h*)	χλαμοῖδα	pro	χλαμύδα	*clamydem*
(*i*)	ἐκείνη	pro	ἐκεῖνοι	*illi*

In Herodoto .

(*k*)	κατηκῦσοι	pro	κατοικῦσι	*incolunt*

In Xenoplonte .

(*l*)	οἱ κάλιςη	pro	κάλιςοι	*optimi*

οἱ

a Epograph. c.6 & c. 7. *b* Pater l.1. de cautis Lat. ling. c.8. Filius in Notis ad Auson. *c* Pag.594. *d* Matth.4. 3. *e* Ibid. 20. *f* Ibid.cap.25.11. *g* Ibid. 34. *h* Ibid. 27. 31. *i* In Oxonien. *k* Mel. 4. pag. 229. *l* De Pers. leg. pag. 579.

οἱ ἄριστη pro *ἄριστοι optimi* *οἱ μέγιστη* pro *μέγιστοι Maximi*.

Sed cui non auditæ querelæ Hieronimi (*a*), Augustini, (*b*) Eucherii (*c*) de voce *Cenomia*, quæ quum a Græcis nunc *κηνομυῖα*, nunc *κυνομυῖα*, nunc *κοινομία* propter eundem in omnibus ſonum ſcriberetur, Sacris Interpretibus maxime incommodavit?

Barbaries etiam Neronis favet. Duos ille Sulpicios inauſpicato cognomine *ποιητικὺς* trucidari juſſit. Quam ob culpam? *ὅτι ποιητικοὶ ἐκ προγόνων ἐπικαλέμενοι ἐς τὰς τῦ Νέρωνος νίκας τας πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβυν* (*d*). Quia, inquit Dio, *quum a majoribus ποιητικοὶ vocarentur* in *πυθικὰς* Neronis victorias, *ſceleſti*, *injurii eſſe viſi ſunt*, *&* *ob vocis ſimilitudinem Pythicarum ejus victoriarum laudis uſurpatores*. Fac, non ut Græci modo proferunt, ſed ut malunt Eraſmiani, ſonarent tum Diphthongi, & litteræ Græcæ: Quid *Puticæ* Tyranni victoriæ, cum miſeris illis Sulpiciis *Poieeticoïs*?

Præterea ſi Diphthongus *οι* una eſſet ſillaba, & *οϊ* duæ, dubitares ne utrum *μονοφθόγγως* a veteribus pronuntiaretur? an *διφθόγγως*? Audi Apollonium (*e*) *ἡ συλλαβὴ, λέγω τὴν κυρίως συλλαβὴν, ὅτε εἰς δύο μερίζεται, οἷον κοῖλον κοϊλον*. *Sillaba, quæ vere, ac proprie ſillaba eſt, quandoque in duas dividitur ut κοῖλον, κοϊλον*.

Ergo *κοι* una ſillaba vere una eſt. Et Plutarchus (*f*): *ἴδιον*, ait *τῇ Ατθίδι δύο συλλαβὰς εἰς μίαν συστέλλειν ὡς θοιμάτιον ἀντὶ τῦ τὸ ἱμάτιον*. *Sollemne eſt Atticis ſillabam geminam in duas contrahere ut θοιμάτιον, pro τὸ ἱμάτιον*. Veſtis. Ergo *τὸ ἱ* duæ, in *θοι* unam contrahitur: ergo *θοι* eſt monoſillabon, *το ἱ* diſſilabon. At Eraſmiani diphthongum *οι*, in duas ſillabas ſolvunt.

Veniamus ad ſplendida. Anno ſecundo belli Poloponneſiaci,

a Ep. ad Fretelam. *b* L. 2. in Exod. *c* De Nom. Hebr. cap. 11. p. 151.
d In Neronem. *e* Apollon. lib. 1. cap. 2. pag. 13. *f* Plut. de Dialectis, & Homerico earum uſu.

ci, septingentesimo tricesimo ante Christum lues fœdissima Athenis cœpit grassari, *tum* ait Thucydides, *ut rebus afflictis solet, meminerunt Athenienses ejus veteris dicti, quod ex majorum traditione canebatur* (*a*).

Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Adveniet Doricum Bellum, & lues cum ipso.

Quum vero nusquam scriptum id reperiretur, sed tantum per ora vulgi volitaret, orta lis, quid per vocem *limòs* oraculum portenderet? λοιμὸς *lues* nempe qua tum premerentur? an λιμὸς *fames*, quam alio in posterum Dorico bello ingruente timerent? *At præsens malum*, inquit, *absolvit vaticinii fidem &* λοιμὸν *versu illo, non* λιμὸν *prædictum fuisse patuit*. Quod si οι cum ἰῶτα prorsus non consonaret, quis locus reliquus esset quæstioni? Quin ει ac ἰῶτα idem deinceps posteris valiturum vaticinatus Thucydides *si bellum* inquit, *postmodum Dores intulerint & casu fames sequatur, illo eodem dicto* λιμὸς, non λοιμὸς *significatum fuisse posteros arbitraturos*. Hæret hic Beza, neque hiscere audet Mecherchius; negant enim se posse percipere, quomodo Atticis auribus accerrimis, & delicatis λοιμὸς, cum λιμὸς confundi potuisset. Virorum autem hujusmodi stupor Græcorum hodiernæ pronuntiationi subscribit.

CAPUT VII.

De ου, *& Diphthongis impropriis*.

Dicis *V ferale sonans Cecropiis ignota notis* erat: ου itaque non *u* valebat. At num, quia littera *u* Græci carent, duobus adjectis O videlicet, & Y ejus sonum non obtinent? Latinis profecto deesse ψ recte dices: male autem negares, ejus sonum ignotum ipsis esse, quem per *ps* assequuntur. Quid plura? Negat Quintilianus esse Græcis

L sonum,

a Hist. p. 2. pag. 132. Edit. Amst. in fol. an. 1731. cum Notis Vvasse.

ſonum illum duriorem , quem tempeſtate ſua efficeret *uu* geminum in voce equum (*a*). Erat ergo ipſis ille alter mollior , quem *u* ſimplex efficit . Qui enim Polyphemo geminos negat oculos , unum profecto concedet .

Ὑπογεγραμμένον , ſeu ἰῶτα ſubſcriptum, cujus olim adjectione , mox ſubſcriptione diphthongi impropriæ fiunt ut ᾳ , ῃ , υι , ῳ , nihil ſono addere manifeſtum ex Quintiliano eſt , qui ait *impedimento eſſe iis qui ad lectionem inſtituuntur* (*b*). Non enim impedimento , ſed commodo , ſed uſui , ſed neceſſitati foret , ſi ſono inſerviret .

De ῳ præcipue Athenæus *πάντες*, ait , *οἱ Ἀχαῖοι τῷ ο μικρῷ ἀπεχρῶντο , ὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως , ἀλλὰ , καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει διὰ τοῦ ομικροῦ γράφουσι* (*c*). *Omnes Achivi* omicro *utebantur , non ſolum ubi id hodie conlocamus , ſed etiam ubi nunc diphthongum* , ideſt ῳ *ponimus* . Quoniam vero ex permutatione litterarum licet per Eraſmianos arguere : commodum eſt nobis deducere *omicron* eodem ore pronuntiatum fuiſſe , ac ῳ diphthongum . Præterea niſi unius eſſet ſoni *omicron* , *omega* & ῳ diphthongus non ita pronum fuiſſet Scriptoribus alterum pro altero uſurpare , ſive id errore , ſive negligentia fecerint , ſive citra omnem negligentiam , erroremve facere potuerint ταυτοφωνία indulgente . Ad vitandam moleſtiam unum dumtaxat exemplum adducamus . OEnopionem Ariadnes Minoidis , ſive ex Theſeo , ſive ex Baccho filium , quem Rhadamanthus Avunculus Regem eſſe juſſit in Chio , *οἰνοπίωνα* ſcribunt Aratus (*d*) , Pauſanias (*e*) , Diodorus Siculus (*f*) , Athenæus (*g*) . At Plutarchus *οἰνοπίονα* (*h*).

Sed ut Scopulis tandem prætervecta liberius excurrat oratio , ad ea venio , quæ contra Diphthongorum hodiernam,

a Or. Inſt. l. 12. c. 10. *b* In. Or. l. 1. c. 7. *c* Dipnoſ. l. 11. c. 5.
d Apud Ciceronem in fragmentis *e* Achaic. ſeu l. 7. p. 533. Edit. Lipſiæ an. 1696.
f Bibl. Hiſt. l. 5. in fine. *g* Dipn. l. 1. c. 20.
h Tom. 1. p. 9. Edit. Lut. Par. an. 1724. in Theſeo.

nam, atque adeo perpetuam Pronuntiationem apud Græcos adferri ſolent. Qui rem oculis ſuiſmet vellet perſpicere, is Græcos Grammaticos vetuſtiſſimos quoſque legat, deinde Jacobum Parcum (*a*), Lancilotum (*b*), Latakerum, (*c*) qui,quum de Latinis agunt, Græcos etiam, unde plerumque illæ proficiſcuntur, oſtendunt.

Clamat Eraſmus, (*d*) Beza, (*e*) Mekerchius, (*f*) contra naturam diphthongi, quæ duplicem ſonum præſefert, a Græcis hodie μανοφθόγγως proferri *diphthongos*. At primo Diphthongos Græcis per Antiphraſin dictas ſuſpicari prohibet nihil. Quid ſonat Ἀόριστος niſi tempus indefinitum, & tamen pro maxime definito tempore paſſim utebantur, præſertim in modo Imperativo, & Infinito. Eſt enim tempus magis definitum, quam ſi dicas: *Precor Deos immortales ut in HAC contentione mihi præſtent?*.. & jam Demoſthenes (*g*) εὔχομαι τοὺς θεοὺς ὑπάρξαι μοι εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα τοσαύτην.... mox vero quum AEſchinem mercenarium eſſe dixiſſet, ad ipſum converſus, εἰ δὲ ἀπιστεῖς, inquit, ἐρώτησον αὐτοὺς *ſi dubitas, interroga iſtos*. Quod tempus excogitari poterit magis ὁριστικόν. Non enim copiam facit, ut quoties, aut quando vellet interrogaret, neque erat, quod ſæpius, & omni tempore fieret: ſed nunc inquit ego dico, Nunc tu dubitas *interroga iſtos*, & tamen dixit ἐρώτησον, non ἐρώτα.

Deinde illud conſiderent velim viri doctiſſimi: Ad quid primo natæ ſint litteræ; quid valere debuiſſent; quid reipſa valeant; inter ſe aliquid diſtare. *Fruſtra*, inquit Eraſmus, *ſunt litteræ*, *ſi ſono nihil differrent*: nempe ubi primum inventæ ſunt. At dum a majoribus amplius mille anni ſunt teſte Manutio, teſte Ceratino, nec renuente Mirtisbo duo annorum millia ad eundem ſonum plures litteræ jam adhibentur, tibi certe Græcorum ſuperſtitionem, quæ

 etiam

a Lib. de Litter. *b* Gram. l. 3. c. 15. *c* De Bivocalibus.
d p. 72. *e* p. 29. *f* p. 124.
g Περὶ Στεφάνου.

etiam in fcribendo ænigmata adamarit, irridere integrum eft, illorum autem ufui reclamare, & contra tot fæculorum invariatam fcribendi, loquendique numquam interruptam confuetudinem tendere brachia tritis quibufdam, ac circumforaneis adductus ratiunculis, non græce erit docere volentis, fed iniqui Cenforis atque *imperium in linguam mortuam exercentis*, quod ipfi Checo Tyrannis improba judicata eft. (*a*) *Ufitatis tutius utere* monet Quintilianus, (*b*) *vetuftiffima non fine jactantia quæris*, maxime quum nulla fpes affequendi adfulgeat, quod Erafmiani ipfi fateri coguntur.


In dumetis volutari queritur Beza, quod quum *Nilos* audit, hæreat Νίλος? an Νεῖλος, an Νῆλος, an Νύλος, an Νοῖλος, an Νύιλος fibi fcribendum fit? Movet me fane hominis perturbatio: fed fcribendi legibus imbui quamobrem non patitur? Ecquam linguam aure folum magiftra recte fcribemus? Profecto, nequid Gallos, Belgas, Anglos, Germanos, ceteras nationes commemorem, omnium certe caftigatiffimos Italos ego puto: ii tamen nondum eo pervenerunt, ut ad aures tantum fcribant, nihil ad Calligraphorum libidinem inclinent, nihil prorfus origini verborum, aut difcrimini concedant.

Obiiciunt Tullium, (*c*) Quintilianum (*d*) qui nempe Atticos appellent limatos, emunctos, caftigatiffimos. At fucum hic, (pace veftra Erafmiani dicam) vel lippi vident. Nihil enim ab iftis de fcribendi ratione, fed de eloquentia ibi agitatur, qua ceteros Attici fuperabant. *Afianum enim dicendi genus tumidius* illud, atque *jactantius*, *&* *vaniore dicendi gloria inflatum*, *aut etiam Rhodium*, *quod* AEfchine illuc exule viro Attico fatum, degeneravit, longe diftabat ab optima illa Attica dicendi ratione *acri*, *terfa*, *eloquentiæ frugalitate contenta*, *ac femper manum*

a p. 33. *b* l. 1. c. 5. *c* de Clar. Orat. & de Orat. *d* l. 12. c. 10.

manum intra pallium continente. (a) An inde deduces completam etiam, absolutamque numeris omnibus scribendi rationem, qua litteras omnes, atque apices ad aurem accommodarent?

At Checo tot Diphthongi, quæ I valeant nescio quid exile sapiunt. Et certe: I enim *angustior littera est*; atque experimur illam non ita cavo, ac patulo ore proferri, ut, E, *quæ plenior est*. Ita sane. Verum hoc maxime facit. Angustam enim, atque exilem fuisse Græcorum pronuntiationem ex Cicerone didicimus (b) *Cotta* enim inquit, *diuturno græce laquendi usu a dilatandis litteris se se abstraxerat, & in exilem dilapsus est*. Quid facias? Generoso viro feminea ista exilitas non arridet. Arrisit tamen Quintiliano, eamque consequendi Latinis spem eripit, & solum *majori spiritu, & dicendi pondere* posse aliquo modo compensari contendit. (c) Quam plures diphthongi *Monodiam* efficerent accusat Mirtisbus, & ex Plutarcho damnat. At Plutarchus (d) ibi *Monodiam* appellat non litterarum, non diphthongorum plurium sonum eundem, sed sententiæ ejusdem, atque adeo argumenti unius crebram repetitionem.



CA-

a Quint. ibi. b De Clar. Or. 74. c L. 1. c. 10. d De Puerorum educatione.

PARS IIII.

De Accentibus.

CAPUT I.

Quo tempore accentus ſcribi cæpti ſint , varia eſt Eruditorum opinio . Ariſtophani Byzantino , qui ad CC annos ante Chriſtum floruit , hanc laudem adiudicat D. Monfauconius : (*a Non quod Græcorum lingua* , inquit , *Proſodia caruerit* , *ſed quod ille ſigna* , *& formas invenerit*, *licet plerumque a Librariis*, *ac Scriptoribus ſolerent negligi*. Tum videlicet quum adhuc ſermo græcus in ore etiam vulgi floreret , neque eſſet periculum ne non ſcripti a legentibus non pronuntiarentur . In eandem ſententiam concedit vir in paucis eruditus Cl. D. Gregorius Placentinius Hieromonachus Cryptoferratenſis , qui Palæographiam Montfauconianam in epitomen redegit ſexdecim anni ſunt . Proinde miror Sarpedonium (*b*) quamobrem adſeveret : *Montfauconium in Palæographia aperte aſſerere*, *monumenta*, *quæ mille annorum ſpatium excedunt*, *nullo notari accentu* .

Ego vero a quonam Auctore inventi , quo tempore ſcribi Accentus cœpti ſint ad rem non multum video intereſſe ; modo illud oſtendam : *Quos hodie Græci in ſano aureo veteri ſermone ſcribunt* , *ac pronuntiant Accentus* , *eos illos a veteribus pronuntiatos olim fuiſſe* : Id dum oſtendo, illud etiam per tranſennam apparebit ; a veteribus ſcilicet *ſcriptos etiam aliquando fuiſſe* .

I *Argumentum a Quintiliano* .

Græci hodie in ſano aureo veteri ſermone ſcribunt Ὄλυμπον , Τύραννος , & non ex quantitate , quæ vocabula hæc

---

a Palæoghr. Græc. l.1. c.4. p.31. *b* Sarp. Diſſ. pag.40.

hæc jubet esse Bacchios, sed ex Prosodia, quæ ut Dactilos putat: *Olimbos Tyrannos* pronuntiant. Ita etiam veteres, ait Quintilianus. *Antiquiores*, inquit, *Grammatici* Latini, *qui in Græcis nominibus nihil ex Latina ratione mutandum putarent*, *& Græcorum institutis in loquendo se haud egere faterentur*, *dederunt* Tyranno *&* Olympo *acutam mediam sillabam: quia duabus longis sequentibus primam brevem acui sermo noster non patitur*. (*a*) Ergo Grecis non media *lym*, *ran*, sed prima O, *Ty* erant acuta. Non ergo *Tirannos*, *Olymbos* sed *Tyrannos*, *Olymbos*, pronuntiabant antiquiores Græci, sicut num recentiores. Profecto illos ferre non possum, qui Græcis etiam dictum, observandumque putant τὸ

Vocalis longa est, si consona bina sequantur:

& quamvis ab Anglis pronuntiari audiant *governour*, *Liberty*, *cruelty*, *Infancy*, *modesty*, *Kalender*, a Germanis *stenderber*, *lachender*, *berkummernus* ab Italis *otranto*, *Lepanto*, *Sifunto*, *Taranto*, *scuotersi*, *leggerne*, *piangerla perdervi*. Tamen a Græcis dici Olimbos, Tirannos audire omnino non possunt. Latina lingua inquiunt, quum ex Græca orta sit, ejus quoque accentus prodit. An non & Itala a Latina orta est? cur tamen accentibus tam longe distat? cur a *brevitas*, *cadere*, *cristallinus*, *ridere* dicunt *ridere*, *cristallino*, *cadere*, *brevità*? Nonne etiam communia sunt Anglis, ac Gallis vocabula plurima? & tamen alio uterque accentu pronuntiat; eodem enim modo

Scribit, & tamen effert		ANGLUS	GALLUS
bonnet	pileolum	*bone't*	*bone't*
engagement	impegno *Ital.*	*engkegme'nt*	*angagma'n.*
gibet	furca	*zibi't*	*zibe't*
bracelet	armilla	*bresle't*	*brasle't* &c.

vide

(a) Inst. Or. cap. 5.

videlicet legem illam, quam (a) Mirtisbus tulit anno elapſo: nempe *ut voces, quæ alia ex lingua deſumuntur, relinquantur integræ, neque ad alterius genium accommodentur*, tot populi, tot nationes ante non audierant.

II *Argumentum a Poetis Latinis*.

Non ita profecto *Antiquiores Grammatici Latini* loquendi leges inſtituerunt, ut Græcæ pronuntiationis imitandæ poëtis etiam licentiam omnem ademerint. Cordati enim viri, & qui rationem admittunt *Helleniſmum* vocarunt licentias haſce:

InſulAE Jonio in magno ....
Juſtitiæ ne prius mirer, belline laborum ?
BronteſquE, Steropeſque... TerraſquE, tractuſq. maris
.... lacerum crudeliter ORA ....
... Celerem SEQVI Ajacem ... Ibis FRENARE Dracones &c.

duobus nixi rationibus, nempe quod inauditum erat Latinis, conſuetum Græcis:

I. *Diphthongum finalem ob vocalem ſequentem non elidere*.

II. *Patrium caſum tribuere* verbo miror miraris.

III. *Brevem quamlibet ob mutam, & liquidam ſequentis vocabuli producere*.

IV. *Partem corporis per quartum caſum efferre*.

V. *Infinita libenter admittere poſt* celerem, *poſt* ibis,

Hæc quum ita ſint, id a nobis hic ſtatui, æquus puto permittes: Latinos quum ab ſua conſuetudine in Græcis vocibus pronuntiandis diſcedunt, ad Græcorum uſum accedere, Jam vero quum ſecundam in *Philippus* in *Phædromus*, quod Græcis eſt Φίλιππος Φαίδρωμος (b) corripuit Plautus; quum dixerit Ovidius

.... ſtrictumque oriOnis enſem

Auſonius *Per totidem partes TrigOnorum regula currit*
Fulgur tetragOno adſpectu vitale corruſcat

Ter-

a Diſſert. p. 35. b Plaut. in Cur. cul. act. 1. ſc. 1.

Tertullianus. *Atque pio ſuſcepit Anĭcetus ordine ſortem* quum audio *Erĕmus*, *Paraclĭtus*, *Idŏla*, *eleiſon*, *Antiphŏna*, *Eurĭpĭdes*, *Thalĭa*, *Idĕa*, *Philoſophĭa* & id genus, quum ſcio hæc quantitati Græcorum repugnare, nec minus quantitati, atque conſuetudini Latinorum, qui Græcorum quantitatem plerumque, non accentum ſequuntur, cur in his paucis non putem Latinos, Græciam eſſe imitatos? Græcis hodie in aureo Sermone quantitate neglecta, breves iſtas natura, longas propter accentum pronuntiant Ευριπίδης, θαλία, Ἰδέα, Φιλοσοφία: contra; longas natura, propter accentum contrahunt in ἐλέησον, εἴδωλα, παράκλητος, ἔρημος, Ἀνίκητος, τετράγωνον, τρίγωνον, ὡρίωνος, Φίλιππος. Quidni a Græcis quoque veteribus ita ex accentu pronuntiatas fuiſſe has voces dicemus, quum dici, aut fingi omnino non poſſit, quare ſic Latini pronuntiaverint, niſi ex Græcorum more pronuntiaſſent? *In Græcis nominibus*, ait Scaliger, *non quantitatem, ſed accentum ſpectabant Latini, quia ut etiam notat Servius in libello* de Accentibus, *Latini eundem accentum, quem Græci habent, efferunt in græcis nominibus .... Denique inſpice totum Sidonium, totum Prudentium & alios, invenies eos non ſillabas Græcas, ſed accentum Græcorum eſſe ſecutos .... iis temporibus ſtulte videbatur non ibi producere ſillabam, ubi accentus eſſet ... adeo ut Plautus in hoc ſecutus ſit judicium vulgi, quia non cum doctis, ſed cum plebe rem ſibi eſſe videret: nam ſemper apud illum* Phædrŏmus *eſt dactylus, qui græcis eſt* φαίδρωμος, *item quia* Φίλιππος *dicitur accentu in prima, eodem modo mediam corripit, & nunquam aliter invenies apud Plautum, quin mediam in nomine* Philĭppus, *corripuerit ... Talia multa ſunt apud Plautum, quæ ſtudioſos per ſe quam opera mea cognoſcere malim* (a).

 II. Ar-

a Joſeph Scaliger. l. 2. c. 25. Vide etiam Commentaria in Plautum Frid. Taubmanni in Curcul. act. 1. Scen. 1.

III. Argumentum ex duplici ratione.

Leges accentuum involutæ ſunt, implexæ, ſunt *aculeorum*, ſunt *ſpinarum ſegetes*. Fugacis igitur ſoni retinendi cauſa, ac pronuntiationis ductu tum inventi eſſe dicendi ſunt, quum illi a vernaculi ſermonis corruptela timeretur. Quid, quod quantitatem, qua ſola pronuntiationem conſtitiſſe Eraſmiani contendunt, Accentus turpiſſime fœdant? Cenſeſne tantam luem, tam avide, ſumma conſenſione, omni loco a Græcis admiſſam fuiſſe in eo ſermone, cujus caſta, intactaque vocabula in Templis omni tempore diligentiſſime cuſtodierunt? cujus pronuntiationem viva voce innumeris ubique gymnaſiis exercuerunt, commendaverunt, cariorem oculis habuerunt? Aut viris doctis caruiſſe Græciam dicemus tum temporis, qui caſtum ſermonem accentibus conſtuprari adverterent, & quomodo leges adeo exleges incultis Græcorum mentibus, tanto ordine inſitæ ſunt, tanta firmitate, ut nullo deinde tempore, non dicam evelli, ſed ne agitari quidem ſuſpicionis aura potuerint? Aut, quod fateri omnino oportet quem hoſpitem in hiſtoria argui non pudet, doctiſſimis viris a Platonis ævo ad exciſam Conſtantinopolim urbem univerſa Græcia toto terrarum orbe ſemper abundavit & quomodo *Sartaginem* illam *loquendi*, ſcribendique in aureum ſermonem ad libidinem induci reclamatum eſt a nemine? Quomodo Auctori nemo aut incommodavit, ſi barbariem inducere, aut invidit ſi leges ferre viſus eſſet, quæ ab univerſis Græcorum populis ſummo conſenſu exciperentur? Ignotus erat Auctor? Ignotum cur nemo impune laceravit? Mira ſunt iſta, incredibilia & extra hanc cauſam inaudita; illa tamen concoquenda eſſe putarem, niſi Accentuum eliminandorum caput illud tandem eſſe adverterem, quod nefas putant, Latinorum pronuntiationem a Græca diſcedere: Neque Quinctilianum audiunt, qui pronuntiationem Latinorum longe a Græca diſcedere teſtatur, *propter minus ſuaves Latinorum accentus: Apud Latinos enim*,

enim, ait, *ultima ſillaba*, *nec acuta umquam excitatur*, *nec flexa circumducitur*. [a] Ergo circumducebatur a Græcis flexa ut nunc ultima ſillaba in ἀγαπῶ agapò *diligo*, & excitabatur acuta ut nunc in τὸν θεὸν ton Theòn *Deum*. Quid habes dicere?

CAPU II.

Ex Græcis Scriptoribus.

AEſculapium Græci Ασκληπιον vocant ἰῶτα juxta quantitatem *brevi*; nam:

Φωτ' ἀσκληπιου ὑον ἀμυμονος ἰητηρος (b)
Καὶ Βασιληα μεγαν ἀσκληπιον ἠπιοδωτην (c)

certe penultimam ἰῶτα nemo poëtarum produxit: tamen neglecta quantitate ἀσκληπίον paroxytone nunc pronuntiant, & ſemper pronuntiabant: Qui quantitatem ſecutus proparoxytone ἀσκλήπιον pronuntiaſſet, explodebatur à populo: ne Demoſtheni quidem ipſi parſum eſt. ὄμνυς δὲ, ait de Demoſthene Plutarchus in ejus vita καὶ τὸν ἀσκληπίον, καὶ ΠΡΟΠΑΡΟΞΥΝΩΝ ἀσκλήπιον ἔφη, καὶ ἐπὶ τούτω ἐθορυβήθη. *Juravit* Demoſthenes ton Aſclipion, & RETRAHENS ACCENTUM IN ANTEPENULTIMAM *dixit* Aſclípion: *quare exploſus a populo eſt*.

At non lapſu linguæ dumtaxat Accentum uſum ſummus oratorum Græciæ oſtendit, ſed conſulto illos permiſcendo. μισθωτὸς *oxytone* nunc a Græcis Mercenarius dicitur; ita etiam Demoſthenes: & quum explodi a populo voluit, conſulto μίσθωτος proparoxitone dixit. Proditionis ille quum poſtularet AEſchinem quod pabulo inimicorum Patriæ, ac glande corruptus eſſet: Ἀλλὰ μισθωτὸν ἐγώ σε πρότερον μὲν Φιλίππου, καὶ νῦν Ἀλεξάνδρου καλῶ, καὶ

 οὗτοι

a Inſt. l. 12. c. 10. b Iliad. d. v. 194. c Orpheus, quicumque ille ſit nam Moyſen eſſe ſuſpicatur Natalis ab Alex. T. 1. p. 357.

ὗτοι πάντες, εἰ δὲ ἀπιστεῖς ἐρώτησον αὐτοὺς. *At Mercenarium Ego te ante quidem Philippi, nunc vero Alexandri appello; atque hi omnes: nisi credis, interroga illos.* Tum quasi se corrigens, μᾶλλον δὲ, ait, τοῦθ᾽ ὑπέρ σου ποιήσω: *Ego potius illos pro te interrogabo*, & concionem alloquens, πότερον ὑμῖν δοκεῖ, ait, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μίσθωτος Vulpinam græci hominis vafritiem! Αἰσχίνης, ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου. *Utrum AEschines hospes esse Alexandri videtur an* misthŏtos? Athenienses, qui bene auribus uterentur, quum oratorem turpissima barbarie *misthŏtŏs* proparoxitone, pro misthotòs oxitone enuntiasse judicavissent, confusis omnes vocibus exclamant *misthotòs misthotòs*. Tum ille, quasi populus non accentus barbariem corrigeret, sed AEschinem accusaret; ἀκούεις, inquit, AEschinem alloquens, ἀκούεις ἃ λέγουσι; *Audis quid dicunt?*

Neque hanc fabam a Grecorum aliquo recens cudi existimes: Ulpianus Rhetor Demosthenis Interpres, qui teste Eunapio ad Constantini Magni tempora floruit ἑκὼν ait, ἐν τῷ ἐρωτᾷν ὁ ῥήτωρ ἐβαρβάρισεν, καὶ μίσθωτον ἐξεπίτηδες λέγων τὴν τοῦ λαοῦ διόρθωσιν, ὡς ἀπόκρισιν καὶ βεβαίωσιν ἐδέξατο. *Consulto quum orator interrogaret, barbarizavit,* místhŏtŏs *enuntians, correctionemque populi velut interrogationis suæ responsum in AEschinem retorsit.* [a]

Hic vel ipse Mirtisbus plaudit: at non ambabus manibus. Negare non audet, pudet concedere, (*b*) medius incedit, & ex accentu pronuntiatas fuisse olim aliquas voces contendit, ex quantitate aliquas. At quas? & quas? ᾧ φίλη κεφαλή. Cur istas? Non illas? Si semel a quantitate in pronuntiando discedendum est, cur ἄναρχον, atque ἀναμφίσβητον Græcorum consuetudinem dedignati, nos in Labyrinthum conjicimus?

Recens quidam certe non ἀναλφάβητος Chirographo quo-

---

a Demosth. περὶ στεφάνου statim post recitatam Philippi Epistolam edit. Basileæ an. 1532. cum argum. Libanii Sophistæ, & Notis Vlpiani Rethoris *b* Discr. p. 50.

quodam ſuo laceſſit & a defendendis accentibus nos quoque fidem noſtram liberaturos fore ſibi pollicetur, dum Ariſtotelem legamus. (*a*) Legimus neque oculis non percurioſis. Inter alios pedes, quibus oratoria periodus exit, laudat ille *pæonem quartum*, quem βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταῖα. atque inde probat, quod δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι, καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτήν: *oportet* periodum *abſolvi longa ſillaba*, *& clara*, ideſt *ſonora*: & ponit exemplum in ἠφάνισε νύξ nam ἡ βραχεῖα dixerat διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν. *Brevis ſillaba*, *quum imperfecta ſit*, *mancum*, *ac debilem facit exitum ſententiæ*. Nequis putet exemplum ab Ariſtotele hic adduci illud παῖ Διός, quod licet accentu hodie notetur in fine tamen κολοβὸν ποιεῖ Ariſtotelicis auribus. Non, inquam, quia *quartum pæonem* ανισε νύξ opponit, ac præfert *pæoni primo* οὗ ἄρχει μὲν, ait, ἡ μακρὰ, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι: *quem incheoat prima longa*, *tres breves abſolvunt*: at παῖ διός non eſſe *pæonem primum* ecquis no videt? Addit δεῖ δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν μακρὰν *ultimam ſillabam longam*, *atque ſonoram eſſe oportere*, μὴ διὰ τὸν γραφέα, μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμὸν, ὅτι μὲν οὖν εὔρυθμον δεῖ εἶναι τὴν λέξιν, ideſt *non per ſcriptorem*, *aut propter aliquod ſignum appoſitum*, *ſed propter numerum*: *numeroſam enim oportet eſſe orationem*. Da mi nunc: ſatiſne probas hinc, accentus non fuiſſe pronuntiatos? an tantum *non neceſſario ſcribendos tum fuiſſe*? Hoc ſane do, & concedo. At pronuntiatos fuiſſe ipſe Ariſtoteles non obſcure innuit, atque indicat; ubi quartum cavillationum fontem aperit παρὰ δὲ τὴν προσωδίαν, inquit, ἐν μὲν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς οὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον, ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις μᾶλλον. (*b*) Ac ſi diceret ubi ſcriptum videas ſine accentibus: νομαιον, ποιος, μυρια, εκτος, ατεχνως pronum eſt a ſcriben-

---

a Rhet. l. 3. c. 8. in fine *b* De Elench. Soph. c. 3. pag. 136. Edit. in fol. Baſileæ an. 1539. & Edit. Lugd. an. 1540. pag. 372.

bentis mente aberrare, nescies enim, quid intellectum ille velit ἀτέχνως *sine arte*? an ἀτεχνῶς *sedulo*? ἐκτὸς *præter*? an ἕκτος *sextus*? μυρία *infinita*? an μύρια *decem millia*? ποιός *quis*? an ποῖος *qualis*? νόμιμον *legitimum*? an νομαῖον *pascuale*? At *in non scriptis* quum videlicet viva voce inter sese Philosophi altercantur, ὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον. unde autem nisi quia accentus pronuntiabantur? At quis recte deducet omnibus in illo tempore accentus scriptis prorsus exulasse? Si Sriptorum plerique sine accentu scriberent, nonne justissime Aristoteles dixisset, eum qui legeret facile a Scriptorum mente aberrare potuisse?

Sunt qui ante Pisistratum etiam, atque adeo ante Solonem aliquos arbitrentur accentus sexus, sensusve distinguendi gratia ab exactioribus Calligraphis fuisse usurpatos, Hanc ego spartam aliis adornandam remitto. Illis tamen subscribere non possum, qui quum inventi hujus gloriam Aristarcho, Aristophani, Didymo invideant, corruptelæ adjudicant; & accentus, quod olim de ranis Philosophi mentirentur, ex putri barbarorum eluvione natos esse adseverant. Fingis hæc, inquies, quo acrius, & magnificentius disseras. Minime. Immo vero non solum dicunt, sed inde probare conantur, quod *ad vulgarem hodiernam Græcorum linguam stabiliendam excogitati sint*, inquiunt, *& liquet præterea quod cum ea exacte conueniunt*. (*a*) Quam exacte conveniant inspiciamus. At primo Græci hodie illi a Scriptoribus appellantur, qui Orientalis Ecclesiæ ritus, cærimonias, ac preces Græca veteri lingua adhibent, Hi vero omnigeni sunt, & fere totius orbis incolæ. Porro quorum Græcorum vulgarem linguam putem cum Ecclesiasticæ linguæ aureæ, ac sinceræ accentibus *exacte convenire*? Eorumne, qui Epirum, Liburniam, Mœsiam superiorem, qui Calabriam, qui Siciliam incolunt? At horum vulgaris sermo Illiricus est. An de illis ser-

a Girad. de Accent. c. 1. p. 11.

ſermo eſt, qui tota Venetorum ditione, in Corſica, tota fere Italia italice loquuntur? Qui in Cypro, in Creta, univerſa fere Peloponneſo, Macedonia, Theſſalia, cuncta Thracia, ac Scythia naſcuntur, vulgo Turcarum linguam adhibent. Reſtat noſter Inſularium in AEgæo, Phanarenſium Conſtantinopoli, & paucorum alibi communis fere ſermo: at quam *exacte* iſte cum veteris linguæ accentibus *convenit*? Materna inſtitutione edocti proferimus.

I. Α'θρῶποι, δασκάλοι, φιλοσόφοι & omnia fere poliſillaba in οι. At hæc Grammatici ſcutica plectunt. Illud enim Doricæ Dialecti proprium erat teſte Joanne Grammatico.

II. Grammatici docent accentum in antepenultima recti ſive ſimplicis, ſive compoſiti ad penultimam migrare debere in obliquis caſibus. At Nutrices nobis cum lacte ἄπειςυ inſinuant, ἄθευ, ἥλιυ, τεξάποδυ, ἀσεβέςατυ.

III. Η'τα extremum in femininis accentum poſcit in penultima: nos in antepenultimam conſtanter rejicimus, & ut maſculina σοφώτατος ἀσύςατος, ἀπαίδευτος ſic & feminina proferimus ἀπαίδευτη, ασύςατη, σοφώτατη.

IIII. Geminam ſillabam muliebrium in εια, vel, ια, vel neutrorum in ιον contrahimus in unam, & quod magis eſt portentoſum, in obliquis circumflectimus ασεβειὰ, ειᾶς, ἀῤῥωσιὰ ιᾶς, χειτήςιοῦ ιῦ, μυςήςιον ιῦ omnia triſillaba. Atque hæc Chii, quæ urbs hodie teſte Germano (*a*) totius Græciæ Athenæ eſt. Quam *exacte* iſta cum veteri lingua *conveniunt*!

Qui Accentibus indulgentiores videri cupiunt, ii a ſæculo ſeptimo ſcribi cœptos tamquam per ſummam liberalitatem concedunt. At quam plurimi Græci Scriptores longe ante hoc tempus Accentus & innuunt, & ubi conlocandi ſint docent, & ipſi ſcripſerunt?

I. Corinthus certe ante ſeptimum ſæculum floruit, atqui

---

a Præf. ad Gram. Vulg. Ego tamen Phanarenſibus Chios non anteponerem.

qui is οἱ Ἀττικοὶ, inquit, ὅμοιος ἐκφέρουσι, τὸ περισπωμένως ὁμοῖος. *Attici* ὅμοιος PRONUNTIANT, *quod lingua communis effert cum accentu circumflexo in Penultima*. ὁμοῖος. fimile.

Et paullo ante, τροπαῖον, inquit, περισπώνεται τῷ Θουκυδίδῃ, ὡς δὴ καὶ τῷ Ἀριστοφάνει. *Thucydides, & Ariſtophanes circumflectunt penultimam* in τροπαῖον (*a*), quod nempe lingua communi τρόπαιον dicimus.

II. Cirillus, aut Philoponus fexti fæculi Scriptor eft. Hic fcripfit τὴν συναγωγὴν τῶν πρὸς διαφόρων σημασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων. *Collectionem vocum, quæ pro diverſa ſignificatione accentum diverſum accipiunt*. Videre eft in fine Lexici tum Henrici Stephani, tum Scapulæ.

III. Joannes Grammaticus tefte D' Herbelot (*b*) floruit antequam AEgyptus Saracenorum armis ceffiffet. Hic ἴδιον τῆς Αἰολίδος, inquit, τὰς ὀξυτόνους λέξεις ἀναστρέφειν· πόταμος τὸ ποταμὸς φασὶ, τὸ καλός κάλος (*c*). *Proprium eſt AEolum accentum transferre, &* κάλος *dicere pro* καλὸς bonus; pro ποταμὸς πόταμος fluvius.

IIII. Didymus Alexandrinus, vel fit ille cæcus Sancti Hieronimi Præceptor, vel ille antiquior, qui quoniam plurima fcripfit χαλκέντερος eft appellatus, βροτός, inquit, φθαρτὸς ἄνθρωπος, βρότος ΠΑΡΟΞΥΤΟΝΩΣ τὸ μετὰ κόνεως μιγὲν τοῦ ἀνθρώπου αἷμα (*d*). βροτὸς *mortalis* βρότος CUM ACCENTU IN PENULTIMA *pulveri immixtus ſanguis humanus*.

V. Apollonius certe primo Ecclefiæ fæculo floruit. Hic vero in tota fua grammatica nihil fæpius, clarius, molestius, & ad faftidium magis inculcat, quam naturam, fedem, atque ufum accentuum. En aliqua. Τὸ Ἀρίσταρχοι, τὸ

---

a Corint. περὶ Ἀτθίδος *b* Bibl. Orient. *c* Joan. Gram. περὶ Αἰολίδος. *d* In Schol. ad Homer. Iliad. B. verfu 248. & Iliad. H v. 425. idem dicit de diverfo accentu harum vocum κῆρ *cor*, & κὴρ *fatum* Iliad. A v. 44.

τὸ εἰς οι λῆγον προπαροξύνεται (a) *vox hæc* Ἀρίσαρχοι, *quæ definit in* οι, *habet accentum in Antepenultima.*

Rursus: αἱ προθέσεις ἐπεκτεινόμεναι αἱ κατ' αρχὴν, καὶ κατὰ τέλος βραχεῖαι συνέλκουσι κατὰ τὸ τέλος τὴν ὀξεῖαν, ὡς ἔχει ἡ ἐνὶ, καὶ ἡ προτί. *Præpositiones monosillabæ, quæ per adiectionem litteræ fiunt disillabæ . . . licet utramque sillabam habeant brevem, suscipiunt accentum acutum in ultima ut* ἐνὶ, *&* προτὶ (b).

Rursus πᾶσα ἀντωνυμία συμπλεκομένη ἐν τάσει ὀρθῇ ἐςι, Διονύσιον τιμᾷ καὶ ἐμέ· εἰ γοῦν ἐκτὸς τοῦ συνδέσμου γένοιτο, οὐ παντὼς ὀρθοτονήσεται. ἐτίμησέ με, καὶ Διονύσιον (c). *Pronomen retinet accentum suum, si præcedat particula copulativa* καί. *ut* Διονύσιον τιμᾷ καὶ ἐμέ; secus amittit ἐτίμησέ με, καὶ Διονύσιον.

VI. Ipse Apollonius ex auctoritate Seleuci probat versum illum Homericum τίς τ' ἄρ σφωέ (d) secundum rectam accentuum rationem scriptum esse. τὴν γὰρ τοιαύτην γραφὴν, inquit, καὶ Σέλευκος προκρίνει, καὶ ἄλλοι πλεῖςοι, ἐκδόσεις ὁμηρικὰς παρατιθέμενοι (e). Præterea laudat tamquam Accentum propugnatores

Heraclidem, ὅς, inquit, ἐν τῇ περὶ καθολικῆς προσῳδίας ἐπιμερίζων τὰς οὐ δυναμένας λέξεις ὀξεῖαν ἐπιδέξασθαι.. (f). *Qui in suo libro* De universa Accentuum ratione *distinguens ea vocabula, quæ accentum acutum habere non possunt . . .*

Aristophanem, quem CC ante Christum vixisse diximus, producit (g) ad probandum præpositiones ἐνὶ, προτὶ accentum in ultima suscipere; & ad ambiguitatem cujusdam Pindarici vocabuli (h) tollendam ἔνιοι, inquit, τὸ ὦ ἐπιῤῥηματικὸν ἐνδεξάμενοι, καὶ τὸν τόνον ἐγκλείοντες τοῦ ἀπόρου δοκοῦσιν ἀπηλλάχθαι (i).

VIII.Or-

---

a Apoll. Edit. Francofurti anno 1590. l. 1. c. 4. pag. 27. b l. 4. c. 2. p. 304.
c l. 2. c. 24. p. 227. vide item pag. 135. 151. 267. 300. 302. 317. 319. 323. 324. 336.
d Iliad. A ver. 8. e l. 2. c. 22. pag. 165. f l. 4. c. 10. pag. 526.
g l. 4. c. 2. pag. 304. h ὦ Παιδὶ . . . Pind. Ist. i l. 2. c. 21. p. 158.

VII. Orbicius, qui a Svetonio laudatur (a), ὁ ἢ διαζευτικὸς σύνδεσμος ψιλούμενος, καὶ περισπώμενος, inquit, πόσα σημαίνει; *quot res significat particula conjunctiva ἢ quæ habet spiritum lenem, & accentum circumflexum?*

VIII. Ammonius, qui Aristarcho in Alexandrino Lyceo successit teste Suida πρὸ τοῦ μοναρχῆσαι τὸν Αὔγουστον, *ante Augustum Cæsarem* σταφυλὴν inquit ὀξυτονητέον ὡς ἀλκὴν· σταφύλην δὲ βαρυτόνως, ὡς μελίτην (b) Ideſt σταφυλὴ ἧς vua *habet accentum in ultima*: ut ἀλκὴ ἧς robur: *at* σταφύλη ης *perpendiculum* in penultima, ut μελίτη ης *melite*. Atque hic laudat Ptolomæum, ἐν δευτέρα, inquit, περὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ προσωδιῶν *in secundo libro, quem scripsit de Accentibus Odyssea*. Et alibi refert tres libros de *Accentibus a Tryphone conscriptos*. Ubi sunt *omni eruditione Græca perpoliti viri qui accentuum silvam recentem, incertam, inutilem superstitiose coli, consultius evellendam esse arbitrantur?* (c) evolverunt ne libros hosce? viderunt? audiverunt?

Perstet adhuc aliquis perfractariolus, & negligendos esse contendet accentus, quod Aristotelis saltim temporibus non passim scriberentur. Equid aliud est ineptire? *optimum est, quod optimo tempore est inventum*. Amplector legem a Checo latam. Optimum sermonis græci tempus ut minimum ad Nicæni Concilii tempus protenditur ab adversariis, & ab iis, qui sani non esse nolunt. Ante Concilium Nicænum floruerunt nuper laudati Grammatici, quorum leges de accentibus conlocandis, pronuntiandisque eas ipsas amplexi in suas quisque Grammaticas transcripserunt Antesignanus, Clenardus, Lascaris, Gaza, Crysoloras. Profecto si quid in Etruria ab Italis inventum sit, quod Petrarchæ, ac Bembo, Dante, aut Villanis inauditum fuerit; si quid excogitatum a Gallis aut Aureliæ apud Cenomanos, aut Lutetiæ Parisiorum apud Aulicos, si quid Dresæ in Mi-

a Svet. Clar. Gramm.

b Amm. περὶ ὁμοίων καὶ διαφέρων λέξεων.

c Giraud. de Accentibus.

Miſnia apud Saxones, Mecliniæ in Brabantia apud Belgas, Londini apud Britannos recens ortum ſit id, etiam ad vetuſtatis injuriam amplectimur; optimorum Scriptorum in Græcia inſtitutiones ejurabimus, quod aliquid a Cadmea ſcribendi ratione deflexiſſe ſuſpicamur potius, quam ſcimus? quidni etiam minuſculas litteras, litterarum nexarum invicem nodos, vocabulorum interſtitia, diſcrimina, & ſigna membrorum orationis, capitum, librorumque partitiones Palladi adhuc virgunculæ ignotas proſcribimus? Cur a ſiniſtra ad dexteram; a capite ad calcem, non vero βυςροφηδὸν ut Solonis ævo in uſu erat, ſcribemus? Eſtne hoc ſcire velle? an ſcientiam velle evertere?

C A P V T IX.

Græcorum Carmina accentibus non lædi.

Nodus hic occurrit, quem gladio quidem dirimi, ſolvi autem nullo modo poſſe Eraſmiani arbitrantur. Cetera dant, & remittunt, id ſibi ſuadere non poſſunt: Græcorum carmina juxta quantitatem compacta ex accentibus pronuntiari oportere: peſſumdatum iri præcepta poëtices; venuſtatem omnem interituram: hoc ipſum, quod dicitur, difficultas iſta non tanta eſſe in re, quanta in ſpecie: indignantur, & ad ea, quæ dicturi ſumus, aures obſtruunt. Quid facias? ſciunt nempe Latinam Muſam ex Græca ortam: illius, quæ pedes unice ad quantitatis normam belliſſime movet, decorum inceſſum, majeſtatemque demirati, Græcam propter accentus claudicare dolent, & Matre pulcriorem eſſe filiam omnino non ferunt. Sed eſſe pulcriorem, aut certe apparere fateri omnino neceſſe eſt.

Venuſtatem ſane Virgiliani carminis verſuum facit varietas, qua modo tolutim

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

modo tranquillior oleo fluens.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha .

Nunc velut inter ſenticeta , & ſalebras incedens

Ergo egre raſtris terram rimatur . . .

mox . . . . . . *pontem indignatus Araxes*
Spumat , & oppoſitas evincens gurgite moles ,
Fertur in arva furens cumulo , campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit . . . .

Deinde quantum ad ſuavitatem faciunt creberrimæ eliſiones ? Spondaïci rariſſimi ? pedes tam affabre concinnati , ut raro admodum ſecundus , raro tertius cadat , niſi forte in monoſillabam offendat : extremus vero aut integro dactylo cum Spondæo , aut Antibacchio cum Bacchio venuſtiſſime conligatus ingreditur . Jamvero ut Phocylidem prætaream , Theocritum , Dionyſium , Theognem, Heſiodum, ubi Homerus haſce leges aut didicit , aut curavit ? Extremi pedes Homerici verſus aut fruſtatim conciſi iacent , aut *honorificabilitudinitatibus* , *Therapontigonoplatagidoris* , (*a*) aut id genus vocabulis , quæ plauſtris gementibus convehantur , turgidi incedunt . Quid dicam de Spondaïcis per quinos ſæpe, & ſenos continenter verſus titubantibus? In ſola Boëtia xxxxviii Spondaïci . (*b*) In Iliade A ccxxx ; totidem in Iliade δ. cxxxx in Iliade γ aut Spondaïci , aut penitus contrucidati . Adde Anomalias : adde licentias . Primus Iliadis verſus ſexties effractis grammaticorum carceribus excurrit exlex. Ubi in Homero vocalium,Diphthongorum , aut mugientis litteræ M adflictus (*c*) ille , ponderoſum neſcio quid , & majeſtate plenum ſonans ? quid plura ? Tolle accentus : A capite ad calcem totam Iliadem recita : non magis in Homero Virgilium , quam flores in pelago deſiderabis .

Non-

---

a ἁμαξιαῖα vocabula apud Plautum .

b Boetia conſtat 384 verſibus , quorum 54 exeunt in pentaſillabon : 108 in tetraſillabon Ilias A verſibus 611 , quorum 41 in pentaſillabon , 100 in quatriſill. Ilias B verſibus 505 quorum 48 in pentaſ. 83 in quattriſ. *c* Sic vocat M Quintil. l.12.c.10.

Nonne etiam paribus ſillabis plura carminum genera vulgaria ſunt hodie Anglis , Gallis , Italis ? at quam diverſo ore , ſono , ac rhythmo audiuntur ? Idem certe Virgilianum carmen , longe alia harmonia accedit ad aures , ex ore Piſtorienſi , quam Eboracenſi , quam Bituricenſi , quam Duacenſi , quam Ludgunenſi : quamobrem tam mirum videri debet : carmen , quod paribus quidem conſtaret pedibus , alia tamen lingua concinnatum eſſet , alio quoque ſpiritu ex Græcorum , alio ex Latinorum ore auditum fuiſſe ?

Video hæc nondum Eraſmianis ſatisfacere : neque aliam , inquiunt , ſed nullam omnino concinnitudinem , ſplendorem , nullum orbem Græcorum verſus habituros fuiſſe , ſi quantitas , qua conſtarent , ad aures non accederet . Verum id mihi explicent percuperem , qua ratione ex Latini verſus ſono , ſonum verſus græci deducere poterint , quum ſonum latinæ linguæ exinanitum eſſe hodie fateantur ? Deinde quidquid olim *cinctutis* ſint *exauditi Cethegis* verſus latini : ex Latinis verſibus geminam a nobis hodie percipi voluptatem certum eſt : alteram aurium , ignaris quoque , ac rudibus quibuſque communem , animi alteram , ac mentis , iis dumtaxat intellectam , qui quantitatem, ac leges condendi verſus perquam comprehendunt . Id quo plane perſpectum habeas , vocemus ſi lubet *Lisgojenim* rudem penitus , atque inlitteratum , ac *Calicanzarum* proſodia apprime inſtructum : his veluti judicibus coram recita :

Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum
Vela dabant læti , & ſpumas ſalis ære ruebant .
Quum Juno æternum ſervans ſub pectore vulnus . . .

Mox ego :

Procul ab aſpectu ſiculæ telluris per altum
Dabant vela læti , & remo maris fluctus ſecabant
Quum Juno perpetuum ſervans intra pectora vulnus .

Liſgbojenis utrique noſtrum plaudet , pro eo ac ſi uterque car-

carminis leges obſervaviſſemus : reclamabit *Calicanzarus* : Illos ego interpellando , dicam:

At trepida , & cœptis immanibus effera Dido
Sanguineam volvens aciem , maculiſque trementes
Interfuſa genas , & pallida morte futura .
Interiora Domus irrumpit limina , & altos . . . .

Tu vero :

Sparſis haſtis longis Campus ſplendet , & horret (*a*)
Ambubajarum Collegia Pharmacopolæ (*b*)
O Laërtiade quidquid dicam aut erit , aut non (*c*)
Primo nam inquiram, quid ſit furere, hoc ſi erit in te (*d*).

Longe melius me recitaſſe contendet *Liſgojenis* : Utrumque , perquam probe *Calicanzarus* : ſubſcribes . Subſcribas igitur mihi oportet ; dico enim magis Ennium , Horatium , ab Ovidio, ac Virgilio diſcrepare , quam Homerum rejectis accentibus ab Homero illis admiſſis . Nam ſint verſus, quorum accentus cum quantitate conveniant .

Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι (*e*)
Αάασι δ᾽ ἐυτύκτοις δωμήσατο ῥ᾽ οἶκον ἀνάσσῃ (*f*)
Κῦμα δὲ μιν προσπλάζον ἐρύκεται , ἄλλα τε πάντα (*g*)

Sint hi alii , quorum accentus extra quantitatem ſedeant .

Ἤΰτε ἔθνεα εἶσι μελιτάων ἀδινάων (*h*)
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀεὶ νέον ἐρχομενάων ,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ᾽ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν ,

Iſta inter iſta confer , & narra mihi : utrum Græca magis a Græcis , quam Latina a Latinis aure judice diſſideant? At arte , inquis , magiſtra , & mente proſodiæ legibus imbuta iudice latina cum latinis conveniunt : quidni ego de Græcis verſibus idem dicam ?

Si id eſſet , inquiet aliquis , jam doctorum hominum animus tantum , non etiam multitudinis aures verſus harmoniam

---

a Ennii verſ. *b* Hor. l. 1. ſat. 2. *c* Hor. l. 2. ſat. 5. v. 59. *d* Ibi ſat. 3. 41.
e Cic. ad Att. l. 2. Ep. 51. *f* Orph. Argon. *g* Iliad Y' ver. 285.
h Il. B. v. 87.

niam percipiebant. At *Theatra* teste Tullio, (*a*) *exclamabant*, *si brevis producta fuisset*. Ita profecto: si enim dicturus *Catănă urbs*, *domus*, dixisses *domŭs urbs Catāna* fas esset, *extollant equites*, *peditesque cachinum*. (*b*) Penultimas quidem sillabas, & majusculos quosdam linguæ lapsus cognita fuisse etiam subrostrariis quis inficiabitur? At disertum te puto, si omnium prorsus, omnium inquam, *acutarum*, *ac gravium judicium natura ipsa in auribus conlocatum fuisse* omnibus ab incunabilis ostendas. Longe aliud ad aures vulgi sonabat τό

Alituum, *pecudumque genus sopor altus habebat*:

ac τό *Ibant obscura soli sub nocte per umbras*.

tamen heroïcum versum esse utrumque non poterat inter noscere *multitudo*, *quæ*, teste Tullio, *pedes non novit*. Num longum quoque pronuntiabatur A sexti casus a vulgo? at quomodo *apice tantum superposito id discriminis intellectum iri pueris* adfirmat Quinctilianus? Si enim sono discerni posset, cur Orthographia de apice illo ablativi laborabat, quum *infra Grammatici officium* esset, ea notare apice, quæ aurlbus satis dignoscerentur? Sed sint ista. Ipsæ vocales in antepenultimis alium ne sonum habebant una, alium gemina consonante sequente, ut vulgus id auribus posset percipere? Num quoque sciebat vulgus E per Hellenismum produci: in *lappæquE*, *tribulique* Virg. *ImmanE stridens agitur*... Sil. *Cantare credas Pegeseium mElos* Scaz. Persii. A in *date telA Scandite*.. Virg. *Occulta spolia &*.. Juv. Contrahi V in *MagnVs leo tremulam*.. *nimio lustratVs nitore*. Cic. in Arat. Non elidi I, sed contrahi in *An soli quI amant*? Aliter ne putas pronuntiatum idem As in *amAs*, aliter in *LampAs*? Es aliter in *SermonEs*, aliter in *ArcadES* ut possent vulgi aures internoscere? Quis hæc credat, nisi qui contravenire prius statuerit, quam rationem admittere? Equid enim magis ridiculum, quam omnem condendi car-

a de Orat. *b* Hor. de arte.

carminis rationem, & poëtices summam ad imperitæ multitudinis aures velle reiicere?

Hæc tamen non tantopere curo: Id unum contendo: Eam ex Græco carmine percipi voluptatem, quam tu latini versus condendi legibus probe instructus, atque exercitatus animo percipis, quum audis Ennium, Lucretium, Horatium, Claudianum, Ovidium, Virgilium; licet hi vivaciori gratia, jucundiore festivitate percutiant aures, quam illi; licet hic tibi magis in recitando, quam ille distorqueat labia, rictum distendat, sillabas absorbeat, aut immani spiritu aflet voces, oneretque gravi halitu pro varia vernaculi cujusque sermonis institutione. Hanc unice a Græcis revera percipi certum est. Id mihi quoque incredibile videbatur aliquando. Chium in Patriam ludimagister adeo: Candidatos poëtices e Græcorum scholis ad me arcesso: versus ex Hesiodo coram recito: periculi faciendi causa accentus permuto:

& Μοῦσαι, dicebam πιερικήθεν ἀοιδῆσι κλειοῦσαι:

Illi versum excipere digitis, metiri animo, accentus mutationem negligere, probare pedes: tum ego: quid de hoc alio?

Μοῦσα πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλέουσα

At illi versum animo celerrime contemplati; Cordacem ajebant primo, ac quincto pede male pro spondæo conlocatum.

Sed quorsum hæc tam longa Oratio? Ex quo certo scimus accentus a Græcis etiam in carminibus non modo scribi, sed & pronuntiari, infinita pœne carmina conscripta sunt: quorum splendorem, ac venustatem ab accentuum prolatione lædi ipsi auctores numquam putaverunt; Græcia numquam suspicata est. De hac re dubitat, qui ne audivit quidem refertas esse Græcorum ex omni ætate Scriptorum carminibus Bibliothecas Lovanii, Lugduni Batavorum, Augustæ, Basileæ, Monachii, Londini, Cantabrigiæ, Oxonii, Divione, Remis, Lutetiæ Parisiorum, Mediolani, Parmæ, Mutinæ, Patavii, Venetiis, Bononiæ, Florentiæ, Senis,

Senis, Mefsanæ, Neapoli. Novem Bibliothecæ hic Romæ ſunt græcis ſcriptis locupletiſſimæ; ſola Vaticana inter tria millia manuſcripta græca innumera etiam poëmata cuſtodit. Quis illa ennumeret, quæ in Monaſterio Sanctæ Trinitatis, magnæ Lauræ, Vatopedii, Iberorum, Dionyſii, Achridis, Neas Monis jacent in Chio, in Theſsalia, in Patmo quæ oculatus teſtis Jacobus Sponius (*a*) perluſtravit, quæ Poſſevinus, (*b*) Lambecius, Fabricius recenſent?

Summa univerſæ hujus argumentationis hæc demum eſt. Accentus ſaltim aliquibus in ſcriptis ſemper obſervati ſunt: omnibus deinde tum poëmatis ſcripti cœpti, tum ſoluta in oratione, in qua certe pronuntiatos fuiſse ſartum tectum integrumque ſuperior ratiocinatio, atque evidentia omnino poſtulat, & niſi me fallo, prorſus extorſit. Alia longe diverſa ratione recitata fuiſse carmina novum ſane eſset, ſingulare, monſtruoſiſſimum; quod utique veteres, minima quæque rimati, ac penitus perſcrutati, admirarentur, traderent, inculcarent. AEternum porro de hoc diſcrimine aliter ſolutæ, aliter ligatæ orationis efferendæ ſilentium apud omnes. Clamant Eraſmiani; at quibus compulſi rationibus? Latina, inquiunt, carmina ad quantitatem exacta, ex quantitate enuntiabantur: Ita etiam Græca. Perinde quaſi non dicerent, ſed jam demonſtraſſent: Latinas Muſas nedum ſimiles, ſed ſimillimas, ſed ipſas eaſdem Græcas eſſe debuiſſe, aut reipſa fuiſſe.

Extremum audi: *Tribus hiſce notulis*, ajunt, *eam pronuntiationem aſſequi te poſſe ſperas, quam Theophraſtus vir Lesbius XX. annos Athenis commoratus aſſequutus non eſt* (*a*). Euge oculus meus. Suavitatem græci ſermonis ſolis accentibus aſſequi poſſe ſperavit nemo, neque vero dixit. Scio quibus in ſillabis Anglorum, Gallorum, Italorum vocabula accentus aut exigunt, aut ſuſcipiunt; propterea ne ſcite, ac venuſte has linguas me locuturum confido?

a In itiner. *b* Appar. Sacr. *c* Giraud. de Accent.

do? Non levi quidem disciplina, & diuturna a teneris exercitatione dumtaxat fieri videmus, ut Græcorum populi, quum *aureum sermonem* vel in scholis efferunt, vel canunt in Templis, vernilitatem illam oris, aliam ubique, atque aliam, paullulum deponant, femineamque illam blandissimam, ac suavissimam enuntiationem adhibeant, quæ neminem non exhilarat, nisi eum, qui numquam audierit. Quum Oratores Japonii Romæ a Gregorio XIII in fidem reciperentur, Alumni exteri, qui sub disciplina Societatis instituuntur cum reliqui, tum etiam Græci quoddam quisque lingua sua de more coram recitaverunt: Japonii autem, ut a majoribus traditum est, interrogati, qui jucundissime omnium locuti essent, Græcos digito commostrarunt. Quoniam vero Erasmiana ista pronuntiationis græcæ παρανάστασις nondum Alpes trajecerat, Græci Alumni græce quidem ut hic docemus, bene autem locuti sunt ob assiduum in scholis usum. Quam velim licet in eo me amem, tamen nec celeritate legendi, nec suavitate loquendi pusionem aliquem Græcorum superavi ex iis, qui nondum ferulæ manum subduxerint. Quoties Græcorum Ecclesias aut in Chio, aut in Peloponneso ingressus essem, aliquid ut canerem, pro eo ac honoris causa solent Græci, rogatus semper recusavi: quippe qui risum mihi metuerem ab illa πλατυστομία, cui Nos Latina Ligurum Colonia Latinis litteris a pueritia consecrati adsuescimus: quo perspicuum sit, aliud esse Græcorum Accentuum conlocandorum rationem tenere, longe aliud ἑλληνιστομίζειν.

Sed contumeliis etiam Accentus quidam adpetit, *& genuinum frangit in illis*. *Græci*, inquit, *in accentibus variant varia*, *& vana sæpe causa* (a). At quam hic vanam appellat causam, ego nullam voco. Græci enim ubi accentus conlocandi sint docent: quare ibi sint conlocandi non docent; sed æterna Græciæ totius consuetudine, & Majo-

a Giraud. de Accent.

majorum institutione tamquam validissimo muro sese adeo tuentur, ut qui recentes Accentuum Assertores furti, & archaïsmi coram pueris absolverit, indulgentiam suam eruditis viris probare

. . . . *sudet multum, frustraque laboret*;

Quid enim Clenardus, Antesignanus, Eustathius, circa Accentus docent, quod non ante Theodorus, Joannes Grammaticus, Prophyrius, Sopater, Corinthus, Marcellinus, Herodianus articulate non docuerint? cupido, & lacessenti ostendant, amabo; quid illud est?

Scilicet accentum gravem præcedentis vocabuli sequente enclitica in acûtum mutant Græci hodie: At hoc ab Herodiano acceperunt: Εγκλιτικόν ἐστι μόριον, ait, ὃ τὴν ἰδίαν ὀξεῖαν κοιμίζον τὴν προκειμένην βαρεῖαν εἰς ὀξεῖαν μεθίστησι (a).

Variant varia? nempe circumflexus, qui in penultima vocis simplicis δοῦλος, & οἶκος sedebat, migrat in antepenultimam compositæ vocis, & fit acutus σύνδουλος, σύνοικος: Atque hoc non in omnibus casibus? Nempe τὶς *quis* Infinitum, ubi interrogatio accedit *variat* accentum τίς; *quis*? nempe Præpositio una cum loco accentum etiam mutat? At certe Apollonius, quem primo sæculo floruisse posuimus, τὰ παροξυνόμενα, inquit (b), ἢ προπερισπώμενα οἷον δόλος, δοῦλος σύνθεσιν ἀναδεξάμενα προπαροξύνεται.. ἐν μὲν ταῖς εὐθείαις . . . οἷον τὸ σύνδουλος, ἄδολος. τινά δὲ καὶ συνεφύλαξε τὴν αὐτὴν τάσιν ὡς ἔχει τὸ περικλυτὸς, ἀναδρομή. *Quæ habent in penultima accentum sive acutum, sive circumflexum, ut* δόλος, δοῦλος, *si componantur rejiciunt accentum in antepenultimam, ut* σύνδουλος, ἄδολος: *quædam servant eodem loco accentum suum, ut* περικλυτὸς, ἀναδρομή.

a Herod. περὶ ἐγκλινομένων λέξεων.

b Apollonius, Herodiani Pater περί συντάξεως edit. Francofurti an. 1590, Vide l. 1. c. 23. p. 60.

Rursus τὸ τὶς ἀοριστούμενον ὀξύτονόν ἐστι, πευστικὸν δὲ βαρύνεται. τίς indefinitum *quis accentum habet, quum vero interrogat, gravem.* (*a*).

Rursus αἱ προθέσεις, ait, δύο συντάξεις ἀναδεξάμεναι δεόντως παραδέξονται καὶ τὸ ἐναλλασσόμενον τοῦ τόνου (*b*). *Præpositiones, quæ geminam constructionem patiuntur, convenienter etiam mutationem accentus suscipient.* Optime enim tibi dico: ὄψη πέτραις πέρι πέρδικας, φάττας ἄμμου κάτα, & optime tibi dico: ὄψη περὶ πέτραις πέρδικας, φάττας κατ' ἄμμου.

Si id quæris quare hæc Græci variant, illud da prius: quare a *nŭbo* Latini dicunt *innŭba pronŭba*? a *jŭro dejĕro, pejĕro*? quare *o* breve in recto *amor, honor* longum est in obliquis *honōris, amōris*? regulam hujus invenire potes; rationem non potes. Quid igitur a Græcis id quærimus, quod non nisi ad risum, & nugas in aliis linguis quæreretur? Profecto id unum tota hac concertatione timeo, ne quis me nimis morosum existimet, & diutius versatum, quam angusta hæc acies, & minuta dimicatio postulare videretur. Verum quoniam causa nostra iis probanda maxime est, qui ad pronuntiationem potius, quam ad scientiam græcæ linguæ instituuntur, minima quæque tela, ea etiam quæ conjici possent, retundenda esse duxi: non enim leve vulnus Tironibus infligent, qui nondum quidem exercitato, sed argutulo sane, & acri ingenio esse solent, utqui non Latina contenti, Græcam etiam litteraturam student. Ceterum non puto mirabitur, qui scit gravissimas sæpe contentiones de levibus pronuntiationis græcæ quæstiunculis susceptas esse. Philelphum Chrysoloræ generum Græce quum salutaret Timotheus quidam Anconæ: CHIRE inquit. Subrisit Philelphus, & neque ego inquit, *duæ manus* neque *viduus*, neque *porcus*. Timotheus subirasci, excan-

a l. 2. c. 18. p. 139. *b* L. 4. cap. 2. p. 303.

eandeſcere, vociferari, & niſi recte ſalutaverit, obligare caput: adferuntur Lexica: patet quid eſſe poſſit CHIRE. Dialectos appellat Timotheus, & quærit: Nulla Dialectus χεῖρε, aut χῆρε, aut χοῖρε, pro χαῖρε: Non habet Thimotheus quo proferat digitum. Salvum ſit caput, ait Philelphus, barbam mihi ſolves non amplius dimidiam. Adeſt tonſor: fit concurſus, ut ſolet: at ille ut erat ridiculus ſemiputata barba quid mentum? cerebrum inquit, & lingua peccavere: maximi riſus. Tanti ſemper fecerunt homines vel unius litterulæ pronuntiationem in ea lingua, quam vel pecudes (a) dicuntur adamaſſe; cujus olim doctiſſimi quique non modo vultum, & oculos, ut quidam ait, ſed & ungues, & capillos, umbram quoque efflictim deperibant.

Veruntamen plus forſan ardore, & acrimonia quadam dicendi, quam importunitate peccatum eſt. At id Lector humaniſſimus faſtidioſæ diſceptationis relevandæ neceſsitate aliqua potius, quam ulciſcendi doloris, aut cujuſquam perſtringendi libidine factum a me eſſe judicabit. Succenſere enim, aut negotium faceſſere amicis, ingenioſis, atque eruditiſsimis viris ſtultiſsimum puto. Invidus enim, aut ſtupidus ſim, niſi miror homines infinitis pæne ſcientiis deditos, linguam etiam perdifficilem, & his jam in locis pæne exinanitam animo tenere, nulla ſane neceſsitate, nulla ſpe, aut doctorum hominum communi ſtudio, aut populari amplius aura commendatam: iniquus autem, ſi iraſcar quod tam ingenioſe impetant, aut tam modeſte & ex animo potius commendandi mei contra me eam pronuntiationem impugnent, a qua me natura alienum fecit, inſtitutio ſane non amicum. Adoleſcens e Græcia græcorum elementorum vix non ſolam notitiam adtuli. In Italia prius Eraſmianorum ratio-

a Ammonio Hermæo AEgyptio, quem audivit Joannes Grammaticus, docente Aſinum quotidie itaviſſe ludum narrat Suidas, ſeu ad Græcarum litterarum ſuavitatem ineptiſſime exaggerandam fabulatur.


rationes audivi, quam AEsopum terere cæpissem, atque ita adripui, ut facile putaverim, quod illius ætatis est, Græcos, ubi in Patriam aliquando remeassem, prosternere, & litterarum suarum soni ignaros condemnare; At ubi rem acriori studio cœpi perquirere, insanus mihi visus sum nisi summæ Græcorum consensioni subscriberem, ridiculus si aliter, ac sentio docuissem, omnino ineptus nisi sodali, & amicissimo & sincero animo obiicienti salva amicitia respondissem. Præsertim quum eos defendere cupio, qui etsi eadem atque ego senserint, at objurgati sunt a te, suavissime Mirtisbe, non tam molli brachio, atque ego. Vtinam ea, quæ de Cl. D. Placentinio nihil tale merito dixisti, aut non dixisses, aut animum ego tuum Germani invenis candidum ita patefacere potuisem, ut ea, quæ a te mihi sæpe significata est de Illo existimatio omnem contumeliæ suspicionem infamaret: ne, quum legerit, dolorem aut vir religiosissimus sustineat, aut homo acri ingenio refellere tandem possit!

Mihi quoque pulcherrimum duxi amicorum quorumdam (a) querelæ jam inveteratæ satisfacere: græcarum scilicet litterarum pronuntiationem, quæ una e veteri Græcia reliqua est, veluti effigies omnibus templis religiosissime custodita, jam CC plus anni Trasalpinorum contentionibus peti, magis in dies deleri, atque evanescere; eorum autem telis neminem e Græcia se se hactenus objecisse. At quoniam Illa imis jampridem saucia visceribus, & pæne animam agens linguam sibi feriri non sentit, aut si sentiat publica voce queri non potest, Typographiis sibi, atque omnibus studiorum incitamentis a Victore sublatis, qui nempe sciat quanti docta Græcia Persis steterit, gaudeo mihi, qua parte dumtaxat fit copia, eius defendendæ causam non modo justam, sed etiam necessariam datam fuisse. Quamquam enim a Scaligero, a Salmasiio, ac reliquis,

a Vide Georgium Martinum, & utrumque Scaligerum.

liquis,qui pro græca pronuntiatione Achillem præstiterunt, longo distem intervallo, nemo tamen eorum aut Græciam ita oculis perspectam habuit, ut ex sese loqui, aut Græcos ita a se natura alienus expertus est, ut quum pro iis diceret, sine ulla suspicione dicere conseretur. Porro qui me, ac gentem meam in Græcia hospitem (*a*) minime novit, cogitet, me meæ impudentiæ testes, si mentiar, eos, quibus cognitus sum, haud velle; qui novit, is quum voluntatem meam ab omni invidia liberarit, intellectui dabit, si quid hac dimicatione peccatum est, quod si quis plane ostendat, is me statim in Erasmianorum albo volentem adscribet.

F I N I S.



---

a Nos Ligurum Colonia ab anno 1346. quos vulgus Chii *Frangos*, Gregoras autem, Leunclavius, Emmius, Bossius, Foglietta, Bizarus, Luchesinus ac reliqui Græci, Itali, Galli scriptores nunc *Latinos Chios*, nunc *Januenses Chios* appellant in urbe media Chii degimus ad 2000 numero inter 80000 Græcorum, a quibus aliam habemus Ecclesiam, Episcopum, ritum, sacram linguam, cærimonias, litterarum studia, institutionem, mores, mentem, animum, alium quoque cultum, ac linguam dum licuit: cum his nullam nobis intercedere necessitudinem pecudes etiam in *Græcia* norunt; omnes boni dolent, & sanguine etiam petendam esse pacem firmandamque putant.

ERRATA CORRIGE

Pag.3. Verf.24. fortaffes fortaffe, p 8. in Notis *c* mehtod method, p. 15. v.13. orride horride v.17.fcientam fcientiam v.35. imitari imitatur p.15. v. 18. cum quum v. 20. cornpta corrupta p. 17. Not. *a* 618. 638. p. 18. v. 20. Nicenam fonus, Nicænam; fonus v.27.cum quum v.29.cępiffe cœpiffe p.19.v.34.*viguern viguerunt* p.20. v. 9. *fluiffe fluxiffe* v.17. predicat prædicat p.24. v. 2. grӕcie græce v. 6. fcrmonis fermonis v. 28. cum quum p.26.v.11.confifi confifa p.28.v.2.pene pæne p. 29. v.4. cum quum p.30. v.17. *recpta recepta* p.31. Not. *d* Giraudean Giraudeau p.33.v.19.defixum defixum p.35.v.6.Illi ille p.37.v.10.*Irique Irimque* p.39.Not. *a* figniter fignifer p.40. Not. *b* ὀμηειχῶν ζημπ ὀμηριχῶν ζητήμ. p.41.v.25. θήβην θείβην p. 42. v.7. in Homero Homerus in Homero v.8. PROPHANIS PROFANIS p.43.v.9 ex Philemone ex Philemone Porphyrius v. 13. *Thacydidis Thacydides* v. 15. *fint fint* p. 45. v. 15. τον τὸν Not. *c* Baxlorfium Hottiugerum Bochartums Buxtorf. Hotting Bochartum. p. 46. v.7. nedum vocabula nedum nedum vocabula v.22. ῥήπιον νηπιον p. 48. v. 20. voluiffe valuiffe p. 50. v. 14. *Piftero Piftevo* p. 51. v. 5. porj per I. Ibi fcripferunt fcripferunt. V. 15. σημεῖον α σημεῖον. V. 17. αχημευτικὴ a χημευτικὴ. v. 21. pro poni poni pro ' fpiritu afpero verbi ἕω unde derivat ἑσθής V.22. αἱ νείται ἀντιαι v.24. nonne nonne a. In Not. *l* Nort Noct. & l.15. 15. p.53. 11. nuuc nunc pah.57.varf.18. fane fane pag 58.verf.26. oves oves pag.61. v.9. Alfculgpins AEfculapius V.18. θεχαμβμβος θεíαμβος pag. 64. verf. 7. itaminatumque intaminatumque v.23. Calpe s Calpe Not. *d* Noct. Act. Noct. Att. p.69.v.27. Judex Index p.75.v.24. *demtus demptus* pag. 76. verf. 2. *unionum unifonum* verf. 80. *Not. f* Dialerbis Dialectis V.5. ἀυτῷ αὐτῷ p.83.v.5. Græcos Græcas p.91. v.6. CAPV CAPVT s

